

Blank paper label on the spine of the book.

KL  
770

















31


IOANNIS ANDREAE HOFFMANNI  
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS ET PROFESSORIS P. O.  
NEC NON ADSESSORIS FACVLTATIS IVRIDICAE  
COMMENTATIO

DE  
FEVDIS CENSVALIBVS

PRAECIPVE  
QVATENVS EA FEMINEA  
PRAESVMENDA SINT.

ACCEDVNT  
QVAEDAM OBSERVATIONES  
DE  
CENSIBVS ET VARIIS MODIS  
EOS CONSTITVENDI

NEC NON  
DE  
PRAEDIIS CENSVALIBVS GERMANORVM  
EX MORIBVS ET LEGIBVS PATRIIS, CHARTIS,  
DIPLOMATIBVS, SCRIPTORIBVS FIDE DIGNIS  
ET SENTENTIIS ICTORVM ERVTAE AIQVE CONFIRMATAE.



MARBURGI  
SVMTIBVS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI  
MDCCLVII.



IOANNIS ANDREAE HOETIIANI

OPUSCULUM DE ...

COMMENTATIO

DE ...

...

...

...

...

...

...



...

...

...

...

...

...

...

...





## CONSPECTVS.

- §. I. *Census varii iuris argumentum esse potest.*  
§. II. *Terrae, praedia et fundi variis modis concedi possunt.*  
§. III. *Causae feudorum censualium introductorum recensentur.*  
§. IV. *Variis modis census feudalis constitui potest.*  
§. V. *Censum feudalem in recognitionem domini directi et vice seruitiorum ferri, exemplis probatur.*  
§. VI. *Feuda censualia tam saecularia, quam ecclesiastica seruitiis obstricta enarrantur.*  
§. VII. *Alia exempla feudorum censualium exhibentur.*  
§. VIII. *Num feuda censualia inferioris conditionis ac alia feuda habenda sint, disquiritur.*  
§. VIII. *Vtrum feuda censualia masculina, an feminea sint? negantium argumenta suppeditantur.*  
§. X. *Argumenta eorum, qui feuda censualia feminea habent, enarrantur.*  
§. XI. *Ordo dicendorum proponitur.*  
§. XII. *Primordia rei beneficiariae eiusque successus declarantur.*  
§. XIII. *Successionem allodiale[m] successioni feminarum feudali passim ansam praebuisse videtur.*  
§. XIII. *Feuda censualia iure Saxonico hodierno in dubio masculina sunt habenda.*  
§. XV. *Feuda censualia iure Alemannico habentur feminea.*  
§. XVI. *Iure Francico feminae certo respectu successionis feudalis capaces sunt.*  
§. XVII. *Feuda censualia ecclesiastica feminea praesumenda sunt.*  
§. XVIII. *Ecclesia Romana habet feuda feminea censualia.*  
§. XVIII. *Feuda Moguntina censualia feminea praesumuntur.*  
§. XX. *Feuda Colonien[s]ia habentur feminea.*  
§. XXI. *Num feuda Treuirensia feminea praesumenda sint, disceptatur.*  
§. XXII. *Conclusio.*  
§. XXIII. *Propter censum feudalem non solutum vasallus feudo censuali priuari potest.*



CONSPECTVS

1. I. Cuiusmodi sunt in rebus...  
 2. II. Quomodo...  
 3. III. Quomodo...  
 4. IV. Quomodo...  
 5. V. Quomodo...  
 6. VI. Quomodo...  
 7. VII. Quomodo...  
 8. VIII. Quomodo...  
 9. IX. Quomodo...  
 10. X. Quomodo...  
 11. XI. Quomodo...  
 12. XII. Quomodo...  
 13. XIII. Quomodo...  
 14. XIV. Quomodo...  
 15. XV. Quomodo...  
 16. XVI. Quomodo...  
 17. XVII. Quomodo...  
 18. XVIII. Quomodo...  
 19. XIX. Quomodo...  
 20. XX. Quomodo...  
 21. XXI. Quomodo...  
 22. XXII. Quomodo...  
 23. XXIII. Quomodo...  
 24. XXIV. Quomodo...  
 25. XXV. Quomodo...  
 26. XXVI. Quomodo...  
 27. XXVII. Quomodo...  
 28. XXVIII. Quomodo...  
 29. XXIX. Quomodo...  
 30. XXX. Quomodo...







§. I.

CENSUS VARIJ IVRIS ARGVMENTVM  
ESSE POTEST.



Perspicuum est, constatque inter omnes, *census* variis ex causis, iisque maxime pro diuersa censiti conditione, diuersae censitoris atque exactoris iure inter se diuersis, tam respectu personarum, quam rerum, partim priuatis solui, partim in publicum conferri, tum statutis et continuis temporibus, tum certis solummodo casibus ferri, indeque in personales et reales, publicos et priuatos, ordinarios et extraordinarios cet. dispesci solere. Vocabulum autem *census* generaliter hic sumitur et quamcunque pensionem alicui certas ob causas soluendam inuoluit, neque semper tanquam signum supremi imperii, subiectionis (a) siue

(a) SPRENGER de *praecensio*. tatis et deuotionis gratia quandoque pensiones ecclesiae Romanae promiserant, singulari studio contenderunt, cap. 2. X. de *censibus*, THEOD. KEIN.





sive feruili conditionis considerari potest (b); verum etiam ob aliquod ius reseruatum, siue ab altero impetratum, siue alteri, cui soluitur, constitutum et mercedis nomine (c), quinimo vsurarum loco (d) deberi potest. Inficias quidem ire nequeo, census moribus Germanorum personales et quotannis, et certis tantum casibus (e), ab hominibus

REINKING de *regimine saeculari et ecclesiast.* lib. I. *classe* 3. cap. 13 n. 5. p. 148; sed perperam iudicarunt, Vid. IO. HENRICI BOECLERI *praetentiones principum Europae* in perill. GVIL. FRID. DE PISTORIVS *amoenitat. hystor. iurid.* P. II. p. 75. sqq. Sunt enim et aliae causae, ob quas census penduntur, prout B. BOEHMER in *iure eccles. protestant.* lib. III. tit. XXXIX. §. 108 - 134. et perillustri DE WESTPHAL in eruditissima praefatione ad T. IV. *monum. incdit.* elegantè enucleateque docuerunt. Add. c. 22 *causs.* 23 qu. 8 c. 27 et 28 *causs.* XI qu. 1.

(b) cel. STRVBEN de *iure villicorum* cap. I. §. 7. et litteratissimus GRV-PEN in *disceptation. forens.* obs. IV. cap. II §. 13. BOEHMER *consultas.* T. I P. II resp. 73. et T. III. P. I. resp. 32. n. 26. p. 174.

(c) Vnde mitet: heuer = pfacht-geld, census nomine venit. IVS PRO-VINC. SA X. lib. III. art. 76. 77. A-LEMANN. cap. 340, 341. ex quo non statim hereditarius census erbjins colligendus est, IVST. HENN. BOEHMER T. III. P. I. resp. 47. num. 13. p. 234.

(d) De LVDEWIG in *iure client.* p. 156.

(e) Hac referri potest *totden-stere-*

be-lehn-waare, vid. de LVDEWIG in *Bältschen anzeigen* P. II. p. 335. *mortuarium*, quod variis ex causis debetur, idemque aliquando a liberis etiam personis exigi solet, vti recte docuit V. C. CHRISTIAN FRID. HARPPRECHT in *eximia differre.* p. a. *Tubingae* in publicum prolata, cui titulus est: *fores sparsi ad iura priuata singularia Alpirspacensia* §. 4. p. 16. 199. STRVBEN in *obseruat.* VIII. §. 3, 4. celeb. CHRISTIAN. GOTTL. RICCIUS in *spicilegio iuris German.* lib. I, tit. 3. §. 39. p. 104. sqq. Quandoque etiam mortuarium remissum est liberis hominibus, vti patet ex priuilegio Henrici II. Lotharingiae inferioris et Brabantiae ducis, quo anno post restitutam salutem CLOCCXLVII. vassallos suos a seruitute manus mortuae, aliisque oneribus liberavit, MIRAEVS in *opp. dipl.* T. I. p. 203. De mortuario decedentium militum hospitalium S. Ioannis Hierosolymitani ab hospitali obtinendo, euoluenda sunt STATV-TA dicti ordinis apud LVNIG in *cod. Ital. dipl.* T. II. p. 1771. sq. p. 1886. T. IV. p. 1359. Perillustri de GVDE-NVS p. 99. Die wetter freyen in Guesphalia mortuario obnoxii sunt, *ih. de BVRI* in commentatione laude dignissima, cui inscriptio est: *ausführliche erläuterung des in Teutschland*



nibus feruilibus conditionis praestari, qui iure domini et proprietatis contemplatione corporum exiguntur (f); pacto tamen et promitti (g) et referuari queunt (h). Ab his fecerendae sunt pensiones varii generis, quae diuersis ex causis in publicum conferuntur.

A 2

§. II.

Land üblichen lehnrechts p. 1285. De Meierdingis quibusdam idem tradit praestantissimus STRVBEN in tr. de bonis Meierdingis §. X. p. 198. sq. De Alpirspacensibus laudatus HARP- PRECHT l. c. sequentia verba profert: Von einer jeden mannsperson in diesen orten geseffen 2c. sie habe, oder besitze für güter, was sie vor wolle, und seynd dem Kloster Alpirspach mit leib verwandt, oder nicht, wenn die mit todt ist abgangen, gefällt von jeder person das beste haupt = vieh, so sie in zeit ihres absterbens verlassen 2c. De mortuario in Hassia vsitato differit praecclare perillustis ESTOR in concipicua praefatione ad T. IV. der neuesten staats = und reise = geographie §. XIII. WALDSCHMIDT in dissert. de hominibus propriis Hassiac. cap. 3. §. 9. sq. His addi potest praestatio illa Heergevueda, Heerweida, Heervueda dicta, domino directo post vasallorum, colonorum, aliorumque hominum obitum passim facienda, et quidem in episcopatu Monasteriensi LÜNIG corp. iur. feudat. T. I. p. 1784. et 85. abbatis Heruordiensis, ibid. p. 2027, 2032 sq. de LVDOLFF in obs. forens. 147. et symphor. T. II. dec. I. p. 48. sqq. p. 77. ducatu Cluensi et Marcano. LÜNIG l. c. T. II. p. 1023. De feudis, fattel. leben dictis, nach Zütphenschen rechten, eorumque Heerweida, euolui meretur LÜNIG ibid.

T. II. p. 1048. sq. p. 1051. n. 93. De Heerweida Tecklenburgenfium vasallorum IDEM docet l. c. T. III. p. 114. n. 88. §. 3. sq. §. 10. Plura occurrunt de hac materia in ill. BVDERI eximiiis observationibus iuris publ. feudat. et German. obs. V. p. 92. sq. POTT- GIESER de statu seruorum lib. II. cap. XI. §. 44. lib. III. cap. I. §. 7. lib. V. c. II. §. 49. p. 577. 593. 895.

(f) inde haupt = leib = bede = schilling; geld = gilt = recht = pfening; zins = mannssteuer, et haupt = leib = hals = hühner = hennen, haupt = hafer 2c.

(g) Alpeda, nobilis matrona, posteros suos ad capitalem censum ecclesiae Turgerloënsi quotannis soluendum obstrinxit, MIRAEVS in oper. diplom. T. I. p. 686.

(h) Perill. L. B. de GVDENVS in cod. diplom. T. I. p. 387. T. III. p. 1053. STRVBEN l. c. obs. VIII. §. 2. p. 251. sqq. Domini saepius seruos quidem manumiserunt, eosque personali libertate donarunt; nihilominus varia sibi iura in illos atque onera feruilia referuarunt. Sic Hugo Castellanus Gandensis A. CCCCXL. manumisit suos feruilibus conditionis in Wassa homines ad usum ecclesiae Antwerpensis sub annuo censu capitali. MIRAEVS l. c. p. 315.





§. II.

TERRAE, PRAEDIA ET FVNDI VARIIS MODIS  
ALIIS CONCEDI POSSVNT.

Census non tantum personales, verum etiam reales fe-  
runtur (§. I.). Res vero alii vel sub dominio minus pleno,  
et quidem aliae sub lege fidelitatis et vero nexu feudali,  
aliae absque eo, quamvis eodem nomine insigniantur, et  
secundum communem vsu loquendi dicantur **leben /**  
**erbzins leben / zinsleben** (i), partim ad preces (k), par-  
tim sub nomine conducti, alioque nomine conferri possunt.  
Si res in dominium vtile sub fide et nexu clientelari con-  
ceduntur, *feuda* oriuntur, quae vti in nobilia et ignobilia  
(l), saecularia et ecclesiastica, maiora, minora, propria,  
impro-

(i) Hoc sensu improprie bona cen-  
sitica, emphyteutica, locata, condu-  
cta, vernacula *leben* : *leihen* nomi-  
nantur.

(k) Bona nomine precario *leibge-  
ding*, *viuerleben* conferuntur, nec  
sunt feuda, etsi nomen habeant, vti  
patet ex sequenti documento super *Vi-  
uerlehn* in *Herrieden* confecto, vbi  
Reimboto, episcopus Eystettenfis, li-  
beris Henrici Neblongi ad dies vitae  
praedium a. ClCCCXCIII. concessit.  
Verba sic se habent: *afferebant heredes  
quondam Henrici Neblongi in Herrieden  
feudum vulgariter Viuerlehn dictum,  
ad se pertinere iure feudi, tandem in  
nostra constituta praesentia recognoue-  
runt publice et sincere nihil iuris sibi  
competere in iisdem. Volentes igitur  
gratiam eis facere specialem - - nos ea-  
dem bona Sophiae filiae praedicti Ne-  
blongi et Conrado fratris eiusdem Sophiae  
consulimus et conferimus nomine preca-  
rio, quod vulgo leibgeding dicitur,  
sue pensione debita annis singulis exsol-*

*uenda* cet. Vid. de FALCKENSTEIN  
in *cod. diplom. antiq. Norðgau.* p. 95.  
Alia exempla exhibet perill. de PISTO-  
RIVS T. VII. *amoenitat. iur. et histor.*  
p. 2323. LVNIG *corp. iur. feud. T. I.*  
p. 1679. n. IV. V. C. GOTTLÖB  
AVGVSTVS JENICHEN in elegan-  
tissima praefatione ad T. III. *thes. iuris  
feud.* p. 10. GOLDAST *rer. Alemann.*  
T. II. num. 50. p. 57. n. 79. p. 71.

(l) In terris Bambergensibus, teste  
IVSTO VERACIO in libro *consuetu-  
dinum principatus Bamberg.* p. 6. ad-  
huc alia distinctio feudorum occurrit.  
Verba eius sequentia sunt: Solent fe-  
da in nostra curia feudali in tres spe-  
cies distingui, scilicet in feuda milita-  
ria, cuiusmodi sunt castra et praedia  
familiarum equestrium; deinde in fe-  
rum nobilia sc. media inter militaria et  
plebica. cuiusmodi sunt, quae familiis  
patriis Norimbergensibus, Bambergensibus,  
Palatinis, et aliis concedi so-  
lent; tertio denique in oppidana et villa-  
na, quae plerumque infundis agnobilio-  
ribus



impropria, auita, noua, franca cet. dispescuntur; ita et idem de feudis censualibus dicendum erit, et quamuis beneficia illa nobilia (m) seruitiorum militarium gratia potissimum collata, eamque ob causam regulariter a tributis et censibus immunes esse censeantur (n); nihilominus experientia teste cognoscitur, tributa et census variis ex causis a vasallis respectu feudorum persolui, et quidem pensionis aliae vice recognitionis domini directi, quae saepius ludricae et leues, quinimo seruiles esse solent (o), aliae

A 3

loco

ribus v. g. agris, pratis, villis et mansis, mediocribus decimis consistunt, et communiter ab hominibus plebeiis et rusticis ordinis possidentur.

(m) Nam feuda ignobilia, quae tam a cancellariis, quam a praefecturis conferuntur, indeque nomine *der Cancelli und Amtsleben* insigniri solent, creberrime oneribus reliquorum rusticorum obnoxia et stipendiaria deprehenduntur, de COCCHEI d. de eo, quod iustum est circa rusticos in materia feud. cap. III. §. 34. STVRM d. de feudis nobilium et rusticorum in Saxon. sect. II. §. 76. p. 18. Cluensis, feuda *dienssts mannsleben* a feudis equestribus *ritterscheidsleben* distincta, seruitiis vulgaribus subiecta sunt, RHETIVS de feudis Cluens. sect. I. n. 58.

(n) Perill. STRVBEN obseru. III. §. 14. p. 117. sqq. IDEM P. II. der nebenstunden p. 405. sq. et de iure villicorum cap. VI. §. 4. p. 255. CASPAR KLOCK de contribut. sect. II. cap. XVI. MODEST. PISTOR confil. 21. n. 30. vol. II. BESOLD de acrar. cap. V. n. 100. sqq. LVNIG T. III. corp. iur. feud. p. 899. sq. Contingere tamen potest, vt feudum etiam collectorum exactiōi subiacet, si nimirum consuetudine, aut praescriptione forte

tale quid introductum deprehendatur, siue praedium tributarium alteri in feudum offeratur; RHETIVS de censu fundo cohaerente cap. I. n. 30. sq. STRVV in *synagmate iur. feudali*, cap. XI. *aphor.* §. n. 116. siue extraordinariae collectae ob causam summae et publicae necessitatis indicentur, CARPZOV P. 2. *confil.* 28. *def.* 19. n. 15. Sic generale feudorum Silesiacorum ducatus onus esse asserit STRYK de feudis ducatum Silesiae, sect. II. cap. V. §. 7. p. 82. sqq. vt eorum possessores praeter seruitia ad tributa perinde, vt alii subditi obligati sint. In Saxonia electorali feuda seruitiis equestribus exempta in censum delata sunt, LVNIG I. c. T. II. p. 583. n. 31. Guelpherbitani nobiles contribuant zu reichs creißs und fräuleinsteuern, vid. de SCHVLENBVRG de priuileg. et praerog. nobilitat. meitat. in German. cap. II. §. 2. p. 44. De nobilitate Gothana conf. LVNIG von der mittelbaren ritterschaft p. 13. p. 15.

(o) Conf. IM. WEBERI diss. de inuestituris et seruitiis feudorum ludicris sect. II. §. 2, 4. sq. de WESTPHAL I. c. p. 52. sq. n. 5.



loco feruitiorum militarium, siue perpetuo, siue in certis casibus (p) penduntur; praeterea feuda aliquando censualia oneri etiam feruitiorum simul obnoxia obueniunt (q); alia alternatiue conceduntur, nimirum vel feruitiorum, vel censuum ferendorum gratia (r). Cum eiusmodi tamen feudis censualibus confundenda non sunt feuda illa annuae praestationis, si uasallo a domino directo aliisue ab hoc concessis hominibus quotannis certi reditus et pensiones praebentur (s); multo minus, si census in feudum dantur, eorumque nomine fidelitas praestatur (t). Neque huc spectat,

(p) Exempla suppeditat LVNIG in *corp. iur. feudal.* T. II. p. 593. n. 32. p. 623. n. 41. p. 625, 626, num. 43. p. 978. n. 71.

(q) de his infra §. VI.

(r) Vid. litterae clientelares Ioannis abbatis Fuldensis super feudo venatorio, de A. CCCCXXXIV. in FRID. VLRICI STISSERI *forst und jagd: historie der Teutschen*, in app. lit. SS. p. 90. edit. de 1754.

(s) Henricus, rex Angliae et Robertus, comes Flandriae, a. CCCC. conuenerunt, ut ille det comiti singulis annis in feodo CCCC. marcas argenti et dictus comes pro isto teneatur mittere 10 milites in feruitium regis, vid. THOMAS RYMER *act. publ.* T. I. P. I. p. 4. Guilielmus, Hollandiae comes, sub annua pensione CCCC. marcarum a. CCCCXIII. regis Angliae factus est uasallus, RYMER l. c. p. 169. LVNIG in *cod. Germ. diplom.* T. II. p. 1886. et p. 1890. Nobiles de Flekenstein feudum imperii castrense obtinuerunt in subiectis imperii: Reichsleuten et perceptione pensionum der Leibbethen und rauchhaber, de

LVDOLEFF in *Symphorem.* vol. II. in beilagen p. 742. n. 22, 23. quibus addi possunt feuda aduocatae dynastiarum Freybergensium, Rappelsteiniensium, nobilium de Razenhausen, Ofenburgenensium. apud LVNIG in *corp. iur. feudal.* T. I. p. 951. p. 1093, p. 1231. sq. T. III. p. 679. sq. num. 19. 21.

(t) Nobiles de Munster beneficia lege tenent a principibus et comitibus Oettingensibus: eine mühle zu kleinen Eibstätt, giebt jährlich ein schock eier auf Ostern, einen lammsbauch, oder dafür 10  $\beta$ , mehr 12  $\beta$  auf Walpurgis, eine weise gemäste gans auf Martini, ein huhn auf Weinachten, einen Weck auf Weinachten, V. C. JENICHEN in praefationis. sima praefatione ad T. II. *thesauri iuris feudal.* p. 36-37. Alia exempla exhibet LVNIG in *corp. iur. feudal.* T. I. p. 951. 1099. 1101. Familia Ebneriorum Norimbergensium patriciorum ab imperatore a. CCCCXV. inuestita est cum villa in Kottmansdorff sita, der da zinsset  $2\frac{1}{2}$  sümra Korn, 1 sümra haben,



ſpectat, quando coloni feudaliū feudorum ad cenſum vaſallo (u) et principi tributa ſoluenda tenentur. Nam conſuetudines Germanicarum regionum multaue monumenta docent, nobiles eorumque exemplo clericos, collectas a fundis villicilibus perſoluendas, conductoribus et colonis impoſuiſſe, quo locatores et concedentes a penſionibus immunes manerent (x).

### §. III.

#### CAVSSAE FEVDORVM CENSVALIVM INTRODVCTORVM RECENSENTVR.

Feuda ſeruitiorum militarium gratia potiffimum collata ſunt (§. II.). Nam cum vetus Germanorum reſpublica ad bellicas artes rationesque praecipue ad commodata eſſet, beneficia quoque eandem ob cauſam in vſus bellicos plerumque fuere conceſſa (y); quocirca vaſallus creberrime miles nuncupari conſuevit, quamuis inficias ire nequeam, feoda

haben, 2 Faſtnachtbennen, 4 herbt-  
hünner 120 eier 1 lambsbauch, LVNIG  
l. c. p. 1363. ſq. Inde innotuerunt  
paſſim die lehnspfächte.

(u) Fränciſches und Reichs-  
lehnsrecht, cap. VI. p. 6. in *corp. iuris*  
*feud. Senkenberg*. Litones militares praedia clientelaria in alios contulerunt et quidem partim ſub titulo locati conducti, partim ſub nomine et ad inſtar feudorum, vti cognita ſunt: ſchuſ-wald-jende = ſeld = jing = lehn = leihen = jing-güter cet. De his teſtantur multae chartae apud LVNIG l. c. T. I. p. 1374, 1379, 1386, 1529. *ill. de BV.* RI l. c. p. 867, 973, 1012, 1041. Perill. ESTOREM in eximia commentat. *de harmonia iur. civ. et Haſſ.* in

KVCHENBECKERI *analect. Haſſiae*. coll. III. p. 182. ſq. B. KOPP in *Lehnproben P. I.* p. 299. et in *addit.* ad finem indicis.

(x) STRVBEN *de iure villicorum* cap. VI. §. 4. p. 255. ſq.

(y) Fideles quidem militaria ſeruitia dominis praestare debuerunt; at tamen ad ea non ſemper adeo adacti fuere, quin ſe ab iſdem nonnunquam liberare potuerint, dummodo illa aere redemerunt II. F. 40, 54, 55. §. I. quinimo quandoque ſeniores ſuos opibus adiuuare adſtricti fuere, quemadmodum et hodie fieri ſolet, vnde *ſubſidia charitativus, donatiua, präſentgelder, ritterſteuern* &c. cognita ſunt.





feoda talis quoque ministris, tam popularibus, quam sa-  
cris salarii vice tradita fuisse, idque procul dubio propter  
caritatem nummorum (z). Pecuniae enim vsus in Ger-  
mania antiqua rarus fuit, quamobrem non solum praedia,  
sed et aliae res pro salario vasallis sunt data. Verum enim  
vero cum maior pecuniae adesset copia, non solum bene-  
ficia in pecunia aliisque rebus constituta fuerunt (a), sed  
domini quoque animum eo direxerunt, vt haberent sum-  
tus, qui ad rempublicam administrandam, nec non ad  
quietem tam externam quam internam stabiliendam profi-  
cerent; praeterea de necessariis ad cultum, victum, aliaque  
fuerunt solliciti, ideoque respectu rerum propriarum, fis-  
calium, domanialium in feudum datarum, varii generis  
fructus praestandos sibi reseruarunt, vnde feuda culinaria  
deriuari solent (b). Feudis igitur semel constitutis varia  
quoque

(z) IO. PET. DE LVDEWIG in  
*iure clientelari* sect. II. cap. I. §. 8. not.  
9. p. 113. IACOB CAROLVS SPE-  
NER in *primis. obseruat. hist. feud.*  
obf. III. §. 4.

(a) Vnde feuda pecuniae, de ca-  
mera, cauena, Mantgese etc. ortum tra-  
hant. Varias acquisitiones vasallorum  
tam superioris, quam inferioris nobi-  
litaris et seruitiorum feudaliū pro  
certo pretio factas enarrat perill. L. B.  
de GVDENVS in *cod. diplom.* T. II.  
P. II. p. 934, 936, 940, 961, 980,  
984, 1053, 1093, 1095, 1153, 1294.  
IO. SCHILTER in *cod. iur. feud.*  
*Alem.* p. 311. §. 3. LVNIG *corp. iur.*  
*feudal.* T. I. p. 1820. sq. n. 9, 12,  
13, 39. HERT *de feudis ex illis, quae*  
*dada et oblata dicuntur mixtis* §. 6. seq.  
Addantur LYNCKERI, MYLLI, FRAN-  
CKENSTEINII *diff. de feudo pascuuario*

*in thesauro iur. feud. Ienich.* T. III. p. 20.  
sq. Sic v. g. Adolphus archiepiscopus Mo-  
guntinus a. CCCLXXVII. Erne-  
sto comiti de Gleichen, castrensi suo  
50 florenos loco salarii ex rebus  
Aschaffenburgensibus quotannis assigna-  
uit, vti patet ex scripto, cui titulus est:  
an des H. K. K. hochlöbl. Chur-  
fürsten und Stände unvermeid-  
liches memoriale der f. Sachsen  
Weimar, Gotha und Eisenachische  
zu gegenwärtigem Reichstag ab-  
geordnete Räte und Gesandten, die  
von den Herren Grafen zu Salz-  
feld wegen der Grafschaft Glei-  
chen im Reichsgräflichen collegio  
angemaste Session und Stimme  
betreffend 1653. fol. Weil. B.

(b) V. C. DEINLIN in egregia dis-  
sertatione de *feudo culinaria*. Constat  
etiam ex multis litteris clientelariis,  
quinimo



❧ ❧ ❧

9

quoque illorum genera sunt enata. Nam quilibet ex lubricine contemplatione rei in feudum conferendae sibi aliquid a vasallo tum vice seruitiorum, cum praeter ea, modo in recognitionis, modo in laudemii signum (c) praestandum stipulari potest. Plures igitur domini emolumenta sua, rem familiarem et quod huic proficuum visum est, respexerunt. Inde euenit, vt domini, qui seruitiis militaribus facile carere potuerunt, siue iis abundarunt, siue vt gratum quid vasallis facerent, rebus suis ex interuallo locorum disiunctis praesse nequiverunt (d), clientibus praedia, etiam antea locata (e),

ea

quinimo leges et obseruantia testantur, dominos directos saepius vasallos eo tempore, quo egerunt in certa prouincia, castro, aut palatio, ad suppeditanda vitae necessaria, aliasque res praestandas obstrictos habuisse. Vnde fodrum, albergaria, mansionaticum, parata cet. cet. Italis et barbaro - latinis est. Vid. CONSTITVTIO CONRADI III. SVEVI imp. apud GOLDASTVM in *consuet. imper.* T. III. p. 327 §. 10. vbi verba sunt: *fodrum de ca. stellis, quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus* - - LVNIG in *spicileg. eccles.* cont. II. p. 92. De Italiae principum praestationibus vid. B. G. STRVV in *corp. iur. publ.* cap. XXXII. §. 29. p. 1249. BINDER de *iure albergarie*. Quandoque domini directi illis concedendi iuribus renunciarunt, vti patet ex litteris clientelariis Caroli IV. imp. Vrico dynastae Hanouientis de castro Babenhause a. CIJCCCLXXII. datis. Verba sic se habent: *und wan wir, uns erben oder nachkommen künige zu Beheimb, unser hauptleute* - - *in die egenante stadt oder burg Ba-*

*henhausen legen* - - *so sullen wir und sie unser geld darinne zeren. Teten wir aber seinen leuten in der egenanten statt und burg oder uf den gütern, die darzu gehören, an fuchen: speise: futter: oder suff einen schaden, den er redlich beweise, den sollen wir bescheidlich gelten und wiederkeren. Feudum procurationis etiam his adiungi potest, quo vasallus loco seruitiorum certa conuiuia statuit. Vid. SALVING *des Kiefs* p. 384.*

(c) de WESTPHAL I. c. p. 57. sq. Petillus *de GVDENVS* T. II. *cod. dipl.* P. II. p. 999. FRID. u. SANDE ad *consuetud. Geldr.* tr. I. tit. 3. cap. I. §. 4.

(d) Hoc liquet ex illis, quae LVNIG in *corp. iur. feud.* T. I. p. 2037 de origine feudorum Héruardiensium in medium protulit.

(e) Capitulum S. Stephani Moguntinum ea bona, quae antea dynastis Eppsteinsibus mercede viginti duarum marcarum denariorum Coloniensium perpetuo locauerat, comiti Stollbergensi anno post reparatam salutem

B



ea lege crebro in feudum concesserint, quo loco seruitio-  
rum; vel praeter ea census praestentur. Quibus accessit,  
vt multi reges, principes, nobiles, et alii pietate, siue su-  
perstitione, qua nihil efficacius multitudinem regit, aliis-  
ue causis excitati et adacti sint, regna, aliaque bona pon-  
tifici Romano (f), ecclesiis, aut potentioribus in feudum  
obtulerint, atque de illis censum promiserint, partim,  
vt protegerentur, captiuitate, banno, liberentur (g), partim  
vt animae consulere, veniam peccatorum nanciscerentur,  
(h) resue suas non amitterent (i). His accessit pontificum  
Roma-

litem CLOLXXV. sub eodem censu  
in feudum concessit; LVNIG in *corp.  
iur. feudal.* T. I. p. 1395. sqq.

(f) Cum enim summa adhuc esset  
cleri auctoritas, summaque laicorum  
humilitas et obsequii gloria, hique  
omnia sibi prospera futura atque ae-  
terna salute frui posse aurumarent,  
quando cum terris praediisue sub vi-  
carii Christi clientela essent, atque obla-  
tione suorum bonorum gratiam pon-  
tificum emercentur.

(g) Hoc illustrat locus apud RO-  
GER. HOVEDEN in *Richardo I.* Ang-  
liae rege. vbi verba sequenti modo  
se habent: *Richardus rex Angliae in  
captione Henrici Romanorum imperato-  
ris detentus, ve captiorem illam eua-  
deret, consilio Alienorae, matris suae,  
deposuit se de regno Angliae, et tradi-  
dit illud imperatori, sicut uniuersorum  
domino et inuestiuit eum per gileum  
suum. Sed imperator sicut praelocu-  
sum fuit, statim reddidit ei in con-  
spectu magnatum Alemanniae regnum  
Angliae praedictum, tenendum de ipso  
pro quinque milibus librarum Sueria-  
rum singulis annis de tributo soluendis.*

(h) Hoc ex annalibus Angliae,  
Aragoniae, aliorumque regnotum pa-  
tet. Si chartam Petri, regis Arago-  
niae, qua suum regnum ecclesiae Ro-  
manae in feudum censuale a CLOCCIV  
obtulit, inspicimus, verba sequentia  
ibi deprehenduntur: *Tibi - offero  
regnum meum, illudque Tibi et Sucef-  
soribus tuis in perpetuum diuini amoris  
inuiu et pro remedio animae meae et  
progenitorum meorum constituo censuale*

- - - Ioannes rex Angliae, vt ma-  
lum, quod ipsi imminerebat, auerte-  
ret, et a baronibus regni, qui ipsi  
parum fauebant, rurus esset, abdicauit  
se regnis Angliae et Hiberniae, eaque  
in manus pontificis resignauit, eique  
iusiurandum ligium praestitit et cen-  
sum annuum constituit. conf. NIC.  
TRIVETTI *chron. MATH. PARIS.*  
in *hisor. Angl.* p. 227. edit. Lond.  
Idem de Roberto Apuliae, Calabriae  
duce dicitur. conf. PAND. COLLE-  
NVT. in *hisor. Neapol.* lib. III. p.  
33. sqq.

(i) De hoc B. IO. LAVRENT.  
MOSHEMIVS in *institutionibus hysto-  
rias eccl. antiquae et recent. Helmsh. a. d.*  
CLOCCCLV



Romanorum, imprimis vero Gregorii VII. P. R. (k), superbiae temeritatisque furor, quo concitati garruerunt, reges christianos subditos, clientes, ac tributarios esse monarchis ecclesiae Romanae (l), omnia regna ad eos spectare, eaque ab ecclesia Romana eiusque capite, ceu vicario Petri nexu clientelari concedi. Quandoquidem pontifices reges, si eis morem minime gererent, regnis destituere soliti fuere (m), sub praetextu feloniae et perfidiae in sedem apostolicam. Exinde etiam deriuanda est ambitiosa paparum liberalitas, qua regna et terras alienas aliis donare et concedere haud veriti fuere, quemadmodum pontifex a. c. 1091. Henrico II. regi Angliae facultatem Hiberniam occupandi sub annua pensione vnus denarii de singulis domibus B. Petro soluendo tribuit (n). Alexander P. R. VI.

B 2

Hispa-

CLXXXV. 4to, saec. X. parte II. cap. II. §. X. p. 402. frequentia verba facit: *vti nouum ius ecclesiasticum, ita etiam nouum ius publicum introduxisset Hildebrandus, si quae animo informauerat, exsequi ipsi licuisset. Sub fidem enim et clientelam S. Petri, hoc est, Pontificum Romanorum, omnia regna cogere, et omnes regum atque principum causas, totiusque terrarum orbis fasa conueniunt episcoporum, Romae quinquennis habendo, subiicere volebat.* Plura de hac materia in subiecta nota (g) *ibidem* p. 402. et p. 403. occurrunt.

(k) MOSHEIM l. c. LAVRENTIUS BANCK in *disse. de tyrannide papae in reges et principes christianos* cap. XIII. *Sain. Duffendorff in introductione ad historiam Statuum Europae* cap. XII §. 21. sqq.

(l) PETRUS de MARCA de *concord. sacerdot. et imp.* lib. II. cap. IV. addit. RAYNALDVS T. XIV. *annal. eccles.* ad a. CLXXXI. III. LEIBNI-

TIVS in *cod. I. G. dipl. T. II.* p. 292. sqq. IO. DAN. KIESELING in *exercit. I. de artibus episcopi Romani in stabilienda monarchia* §. 2-6.

(m) Vti pontifices regum nomine alios condecorarunt; ita et eos regnis eicere studuerunt, conf. de LVDEWIG in *opusc. de naeniis papae in regis appellacione.* Boleslaus II, Poloniae rex, a Gregorio dicto P. regno priuatus est, DLYGOSSVS *hif. Polon.* T. I. p. 295.

(n) DU MONT T. I. P. I. p. 80. RYMER *act. publ. T. I.* p. 15. idem census Peter groschen, Peterpsfenning, denarius S. Petri dictus, multis in regnis olim obtinuit et quidem in Anglia, vid. KOEHLERI *münz belustigungen* P. I p. 20. in Polonia, *ibid.* p. 23. Bohemia, de LVDEWIG in *reliq. MSCI. T. VI.* p. 18. cet. Sed pedetentim ille partim abrogatus fuit, partim decreuit, quinimo illum respectu regnorum penitus expirasse videtur.





Hispaniae regibus nouum orbem terrarum adscripsit (o). Bonifacius VIII. P. Alberto I. imperatori Galliam beneficiario iure ad ecclesiam Romanam pertinentem et propter Philippi Pulcri, regis Francorum, contumaciam, ad illam tanquam ad verum dominum ratione iuris feudalis deuolutam, promisit (p). Sed Galli has nugas atque ineptias, uti Hispani, Angli (q) et alii populi albis dentibus deriserunt meritissimo. Nam pontifici Romano in aliena regna nullum ex praeceptis Christi ius competit, cum cognitum atque perspectum sit, nec Christum, nec Petrum regna in mundo sibi arrogasse, multo minus saluatorem nostrum regem orbis terrarum esse voluisse, ideoque papa iure plus sibi sumere nequit, quam ille habuit, cuius vicariatum sibi tribuit.

detur. In Anglia eum abrogauit Carolus VIII. rex. THVANVS lib. I. cap. 49. BOECLER c. I. p. 77. Gallia illum iamdudum respuit, quamuis eum Gregorius VII P. vniciue domui obtudere voluerit, DU MONT T. I. P. I. p. 52. Vngaria eum iam pridem denegauit, et immunitate gaudet. In Bohemia et Polonia obsoleuit, BOEHMER in *iure eccl. protestant.* lib. III. tit. 39. §. 118. Vnde colligi potest, tot reges pontificis vasallos censuales et stipendiarias terras hodie non esse, nec tot denarios Petri camerae pontificiae amplius pendi, quot olim praestiti fuerunt.

(o) HIER. BENZO in *hist. noui orbis* lib. III. p. 13. Atabaliba igitur rex papam insigniter fatuum et impudentem dixit, quod aliena tam liberaliter largiretur. BENZO l. c. cap. 3. Eodem modo Nicolaus P. V. Alfonso, Lusitaniae regi, cuius filius Henricus studio iter in Indiam orientalem aperiendi vsque ad Guineam et

nigrum fluium penetrauerat, variisque insulas detexerat, imperium Guineae et potestatem barbariae regna subiciendi concessit, prohibens, ne alii sine Lusitanorum permissione ad eas oras nauigerent. De LEIBNIZ. l. c. T. I. p. 406, DU MONT T. III. P. I. p. 200.

(p) vide literatissimi iuriconsulti IO. DAN. ab OLENSCHLAGER eximium variae obseruationis et eruditionis librum, cui titulus est: *erläuterte staats-geschichte des Römischen kaiserthums in der ersten helfte des XIVten jahrhunderts, Frankfurt MDCCCLV.* 4. p. 7. sq.

(q) De Angliae regno euoluendus est de LEIBNIZ in *cod. iur. gen. diplom.* P. I. p. 7. sq. THVANVS lib. LXX. et lib. LXXXIX. p. 379. sq. De regno Arragoniae, Siciliae, aliisque regnis quaedam in medium protulit BOECLER l. c. p. 74. sq. BOEHMER l. c. §. 118. vol. III. p. 646. sq.



tribuit. Neque silentio praetereundum est, feudis censualibus nonnunquam pecuniam mutuo datam ansam praebuisse, cum secundum ius pontificium usurae prohibitaee essent, nihilofecius ecclesiae, aliaeque personae in praediis in feudum oblati pecuniam collocarunt, vt ex iis iure censuum quosdam annuos redditus perciperent (r).

§. IV.

VARIIS MODIS CENSUS FEVDALIS CONSTITVI

POTEST.

Feuda censualia habentur, quae certis annuis pensionibus, partim vice seruitiorum, partim aliis ex causis obnoxia sunt. (§. II.). Satis quidem scio, doctores ea feuda plerumque censualia nuncupare, quando vasallus pro seruitiis certum annum censum soluere tenetur; sed res ipsa loquitur, atque ex sequentibus patebit exemplis, plures esse species feudorum censualium. Quapropter iis accedere nequeo, qui vnam tantum speciem beneficiorum tributiorum constituunt. Censuum vero ille non solum legibus, consuetudinibus, praescriptione (s), atque ab initio, loco seruitiorum pacto constitui (r), sed postea etiam illorum praestatio in pecuniam numeratam et pensionem commutari potest, quod fieri solet, si et dominus et vasallus, nec

B 3

non

(r) De LVDEWIG in iure clientelari sect. II. cap. II. §. VII. not. I. p. 156.

(s) Vid. supra §. II. not. n.

(r) HENR. a ROSENTHAL de feud. cap. II. concl. 63. n. 2. GEORG ADAM STRYV in synagm. iur. feud. c. IV. th. 10. FACHINAEVS l. consil. 33. n. 8. et 24. Innocentius igitur Pontifex II. a. CLOXXXIII. alodium terrarum marchionissae Mathil-

dae Lothario II. imperatori, imperatrici, eorumque filiae Gertrudi et genero Henrico, Bavariae duci, sub obligatione hominii et census centum librarum argenti singulis annis soluendi, nec non reuerfionis post eorum obitum ad sedem apostolicam per annum concessit. DU MONT *corps diplomat.* T. I. P. I. p. 74. LVNIG in *spicieg. eccles.* cont. II. p. 83. et in *cod. Ital. dipl.* T. II. p. 705, 706.





non illi, quorum interest, in id consentiant (u), cum alias neque dominus feudum antiquum in praeiudicium vassalli, eorumque, quorum interest, mutare queat (x), nec vassallus successionem clientelarem in damnum successorum feudali iure euertere, neque circumscribere valeat; etsi fidelis compendio successorum feudali seruire et conditionem feudi meliorem reddere non prohibeatur; atramen causam eius deteriorem facere nequit (y), potius eius qualitas et natura secundum primas investiturae litteras a primo acquirente acceptas et obseruantiam permanere debet, praecipue cum secundum instituta Germanorum clientelaria vassallus in feudo auito non vltimo defuncto, sed primo adqui-

(u) A ROSENTHAL l. c. cap. VIII. *concl.* 23. n. 13. lit. q. SAMVEL STRYK *in exam. iur. feud.* cap. 18. qu. 26. RHETIVS *de censu fundo cohaerente* cap. II. n. 232. 199. Seruitia bellica ad certum tempus pro censu annuo remitti posse, dubium non est. Sic Augustus, elector Saxonicus a. 1703. a quolibet equo equestri quotannis quinque florenos Mitnenses ad renouationem vsque exegit, LVNIG *in corp. iur. feud.* T. II. p. 593. n. 32. A. 1703. illa pensio a Ioanne Georgio electore ad XV thaleros aucta fuit, eo additamento, daß sie (nobiles) dafür ein Jahr mit dem haltritt verschonet bleiben sollten, *ibid.* p. 621. num. 39. Comites Mansfeldenses a. 1701. transactione iniuncta cum ciuibus Eislebensibus currus et seruitia bellica praestanda pro CC. florenis quotannis soluendis ad XV annos remisissent. vid. LVNIG *in sp. iur. saecul.* P. I. p. 535.

(x) HERMANN VVLTEIVS in

*consil. Marburgensibus* vol. III. *consil.* 2. n. 4. p. 2. et *consil.* 25. n. 28. p. 258, CONRADI III. imper. *constitutio* dea. 1701. §. 9. apud LVNIG *in corp. iur. feud.* T. I. p. 32. et si in litteris clientelariis recentioribus clausulae, quae in antiquioribus non reperiuntur, insertae sunt, per incuriam adiecta censentur, BOEHMER T. I. P. II. resp. 150. n. 23. T. III. P. II. resp. 170. n. 17. p. 294, REGNER SIXTIVS in *consil. Marburgensibus* XI. n. 69 vol. II. eamque ob causam irritae et nullae habentur, SCHRADER *in iur. feud.* P. II. cap. II. n. 38. p. 75. et ROSENTHAL l. c. cap. VI. *concl.* 69. n. 14. p. 242. BOEHMER T. III. P. I. resp. 64. p. 293.

(y) IOANNES MEICHSNER in *Accis. diuers. caus. in camera imp. iur.* T. III. dec. VI. n. 69. n. 70 p. 60, ANDR. GAILL lib. II. obs. 49. VVLTEIVS l. c. *consil.* XXV. n. 70, 17. p. 217. vol. II, SIXTIVS l. c. n. 70, 71. SCHRADER l. c. n. 37. et R. 42. p. 75.



adquirenti succedere soleat (z), ideoque ius repraesentationis iuris Romani et Longobardici hic ita non locum habet, vt illud tanquam pars hereditatis ab vltimo defuncto relictae respici queat (a).

§. V.

CENSVM FEVDALEM IN RECOGNITIONEM DOMINII DIRECTI ET VICE SERVITIORYM FERRI, EXEMPLIS. PROBATVR.

Census a vasallis partim in recognitionem dominii directi soluitur (§. II.). Hoc multis exemplis probari potest. Paulus III. P. Petro Aloysio Farnesio eiusque heredibus vtramque ciuitatem Parmam et Placentiam cum aliis accessionibus a. 1610. in feudum francum in perpetuum pro annuo censu nouem millium solidorum aureorum contulit, vti ex sequentibus verbis patet: *eidem Petro Aloysio duci, pro se, quoad viueret, et deinde Octauiio praefato, eius nato, eorumque descenditibus masculis in perpetuum pro ANNO CENSU NOUEM MILLIVM DVCATORVM AVRI de camera, camerae praedictae (apostolicae) in vigilia seu festo beatorum apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii IN RECOGNITIONEM SUPREMI DOMINII annis singulis in Romana curia, ubicunque fuerit, soluendorum, in feudum nobile, gentile, FRANCVM, autum et antiquum cet.* (b). Carolus V.

(z) GAILL. l. c. n. 1. sq. p. 381. BVRC. GOTTHELF STRVV in *element. iuris feudal.* cap. IX §. 208. et §. 264. IO. GVIL. ITTER *de feudis imperii* cap. XII §. 1. sq. et cap. XVIII. §. V. sq. IO. STVCK in *consil.* XXVI. n. 303. p. 914. sq.

(a) IVS FEVDALE ALEMANN.

cap. LXXXIII. cap. XCIII. §. 2. I. F. SAXONICVM cap. XLVII. et cap. LVIII.

(b) LVNIG in *cod. Ital. diplom.* T. II. p. 1490. sqq. V. C. SCHMAVSS in *corp. iur. gentium academ.* p. 266. Sed quid post fata Petri Aloysii Farnesii his terris contigerit, tradunt monumenta apud LVNIG l. c. p. 1507. 1508. 1516.



V. imperator, vtpote rex Siciliae, ordini sancti Ioannis Hierosolymitani insulam Melitensem nexu clientelari a. clolxxx. in feudum perpetuum nobile, liberum et *francum* sub censu annuo vnus accipitris, seu falconis, in die celebritatis omnium sanctorum per personam, seu personas ad id sufficienti mandato suffultas in *signum verae recognitionis* dicti feudi praesentandi contulit; praeterea hoc censu dicti equites religiosi immunes ac exempti remanere et esse a quocunque alio militari seruitio de iure debito et per vasallos praestari solito debuerunt (c). Porro abbas monasterii de Morimondo imperatori Romano quouis anno ad vnum florenum auri respectu feudi obstrictus fuit (d). Petrus II. Arragoniae rex, regnum suum Innocentio III. P. R. censuale feudum diuini amoris intuitu et pro remedio animae suae et progenitorum ita obtulit, vt annuatim de camera regis ducentae quinquaginta massae mutinae apostolicae sedi reddantur, quamobrem et papa superius dominium in illud praetendit (e). De regno Angliae atque Hiberniae aequae constat, illud inter alios reges, a Ioanne, rege, ob offensas ecclesiae Romanae illatas, aliasque causas, pro remissione peccatorum suorum et totius generis sui censuale Innocentio III. P. R. a. clccccxiii. oblatum

(c) LVNIG I. c. T. II. p. 2519. T. IV. p. 1489. sq. SCHMAVSS I. c. p. 251.

(d) MVRATORIVS *de allodiis, vassis, vassallis* cet. in *thesauro iur. feudat. Ienich.* vol. III. p. 342. et p. 253. Reinaldus, comes Geldriae, a. clccccxv. Hermanno, cui Huifensi, hereditibusque domum suam in oppido Huiffia et aream sub quibusdam conditionibus et censu iure clientelae concessit. LVNIG in *corp. iur. feudat.* T. III. p. 703. n. 40. add.

FALCKNER in *diff. de eo quod iustum est circa rusticos in materia feudi* §. 15.

(e) LVNIG in *cod. Ital. dipl. T. IV.* p. 18. ABRAHAM BZOVIVS in *continuat. annal. eccles. Baron.* ad a. clccciv. §. 19, 20. P. I. edit. Colon. 1621. ODOR. RAYNALDVS in *continuat. annal. eccles. Baron.* ad a. 1204. §. 72, 73. p. 221. edit. Colon. 1692. T. XIII. SCHMAVSS I. c. p. 7. Plura de hac re in medium protulit BOECLER in *citatis praetensionibus* cet. p. 74. sq. apud *ds* PISTORIUS,



tum et pro omni seruitio et consuetudine saluo per omnia denario b. Petri, ecclesiae Romanae, mille marcas sterlingorum quotannis videlicet in festo S. Michaelis et in Pasca quingentas marcas et septingentas pro regno Angliae et trecentas pro regno Hiberniae promissas fuisse (f). Praeterea Leopoldus imp. Philippum IV. Hispaniarum regem, utpote Mediolani ducem, vicariatu Senensi, rebusque ad eum pertinentibus (g), tanquam feudo FRANCO (h), libero et honorifico a. c̄l̄ōc̄l̄ix. ea lege inuestiuit, ut praefatus dux eiusque filii in dicto dominio Senensi successuri, quotannis soluere teneantur Romanorum imperatoribus pro tempore existentibus, eorumque camerale, ea, quae Senenses ante amissionem vicariatus - - soluere tenebantur. Nec minus Robertus, Apuliae, Calabriae atque Siciliae dux, a. c̄l̄ōlix. Nicolao II. P. R. (i), deinde a. c̄l̄ōl̄xxx. Gregorio VII. P. R. et

(f) RYMER in *foederibus et actis publ. Angl.* T. I. P. I. p. 57. et p. 176. LVNIG in *cod. Ital. diplom.* T. IV. p. 80. seq. MATTHAEVS PARIENSIS in *hisor. Angl.* ad a. c̄l̄ōc̄c̄xiii. BOECLER l. c. p. 76. sq. RAYNALDVVS<sup>1</sup>, e. ad an. c̄l̄ōc̄c̄xiii. T. III. p. 21. §. 78. sq. IOH. DAV. KOEHLER in *historischen münzbe-lustigungen* P. I. p. 60.

(g) LVNIG in *cod. Ital. diplom.* T. II. p. 2291. Sed ciuitatem Senensem reges Hispaniarum postea ducibus Hetruriae in subfeudum iterum con-cesserunt, a quibus illa onera fe-renda fuere. LVNIG l. c. et T. III. p. 1626. V. C. MASCOV in elegan-tissima exercitatione iuris publici de *eure imperii in magnum ducatum Etru-riae* sect. III. §. VII, VIII. p. 37.

(h) Ex hoc aliisque multis exem-

plis constat, franca etiam dici feuda, ex quibus census debentur, quae ita contemplanda et intelligenda esse vi-dentur; ut ob remissa seruitia quidem dicantur franca; sed feudi indoles et beneficium annuo signo recoli debeat. Inde colligi potest, exemplorum igno-rationem in hac re mirationem fecisse GOTHOFREDO THOMAE LVD-WIGIO, qui in *diff. de feudo censua-li* §. IX. in *thesauro iur. feu. Ital. Iensch.* p. 53. vol. II. negat, illa beneficia, quae pensionibus obnoxia essent, ad franca referri posse, eamque ob causam notat HORNIVM, qui in *diff. de feudo franco* §. 17. eum sentit. Quod si vero quis de hac re adhuc dubitet, adeat de WESTPHAL, qui in laudata praefatione plura exempla p. 57-61. suppeditat.

(i) LVNIG l. c. T. IV. p. 3.

C



R. et fedi apostolicae ad confirmationem traditionis et ad recognitionem fidelitatis, de omni terra, quam tenebat, quotannis pro vnoquoque iugo bouum pensionem duodecim scil. denarios Papiensis monetae, die dominica S. resurrectionis soluere promisit (k). Reginaldus, rex insularum, a. cloccix. insulam Man tempore Honorii P. R. ecclesiae Romanae in feudum obtulit, atque in recognitionem domini quotannis duodecim marcas sterlingorum in festo purificationis B. Mariae soluendas pro se et heredibus promisit (l). In litteris clientelaribus Nicolao et Guilielmo Deubeliis, in Vnterkaza degentibus, a regimine serenissimi ducis Saxo-Meinungenfis, respectu des reithofes datis, verba sequentia occurrunt: *und deren leibes lehnbaren erben zu rechten freien lehn geliebet haben, sollen an statt der hiebeworigen reitdienste jaehrlich gleich andern Meinungischen reitboesen in das amt Wasingen auf Michael 9 fl. erbzinß errichten cet. cet.*

## §. VI.

FEVDA CENSVALIA TAM SAECVLARIA QVAM  
ECCLESIASTICA SERVITIIS OBSTRACTA  
ENARRANTVR.

Feuda censualia nonnunquam seruitiis feudalibus simul  
ob

(k) LVNIG l. c. T. II. p. 843. DU MONT T. I. P. I. p. 57. BARONIVS l. c. T. X. ad an. cloLXXX. Postea Innocentius II. P. R. Rogerio secundo, Siciliae regi, regnum Siciliae, ducatum Apuliae, et principatum Capuae a. cloCXXXIX. in feudum contulit, ita, vt ille de his beneficiis censum sexcentorum schifatorum singulis annis reddat, SCHMAVSS l. c. p. 2. Petrus II, Siciliae rex, legatis suis Romanam missis a. cloCCCXXXVIII. de-

mandavit, vt nomine suo apostolicae fedi, non solum iusiurandum fidelitatis praestarent, verum censum etiam annum offerrent, LVNIG l. c. p. 1099. sqq. Illam vero pensionem ad 8000 vnciarum auri postea determinatam fuisse, ex alia charta colligi potest. LVNIG l. c. p. 1111.

(l) LVNIG l. c. T. IV. p. 22. et in corp. iur. feudol. T. III. p. 695. n. 32.



obnoxia occurrunt (§. II.). Etſi feuda ob ſeruitia praestanda conceſſa cenſeantur; attamen haud raro ab illa communi feudorum indole in eo deſectunt, vt v. gr. de iis certa penſio ſeruitiorum vice, imo etiam praeter ordinaria ſeruitia ſolui debeat. Sed hoc ſingulare citra expreſſam pactiorem, clientelarium litterarum tenorem, obſeruantiam, ſingularesue circumſtantias non facile erit admittendum. Interim eiſmodi conuentio eſſentiam feudi non mutat, (m). ſeruitia autem in feudis cenſualibus tam pacto (n), quam alio modo acquiri poſſunt, prout ex ſequentibus liquebit. Maniſeſta indicia penſionum a vaſallis praeter ſeruitia domino praestitarum, exhibet diploma Friderici I. imperatoris, quo comiti Raymundo comitatum Prouinciae hiſ conditionibus contulit: *comes iurabit fidelitatem domino imperatori Friderico, contra omnes homines et hominum faciet ei, et ſeruitium faciet pro ſupradicto feudo. Pro regalibus autem quae concedit ei, tam in Arelate, quam in ſupradicto feudo, dabit ſingulis annis in purificatione S. Mariae apud Arelatum, tam ipſe, quam eius ſucceſſores imperatori eiusque ſucceſſoribus regibus et imperatoribus XV. marcas auri boni, ad iuſtum pondus Colonienſe; et cum placuerit imperatori intrare prouinciam ſeu ciuitatem Arelatenſem tam comes, quam comitatus et ciuitas et tota terra ſint ad eius fidelitatem et ſeruitium et mandatum. Comes etiam Prouinciae dabit domino imperatori XII. millia morabatinorum honorum, et dominae imperatrici II. millia, et curiae mille, vſque ad natiuitatem domini (o).* Nec Rudolphus Habsburgicus imperator di-

C 2

ctum

(m) COCCEII d. de eo quod iuſtum eſt circa ruſticos in materia feudi cap. III §. 24.

(n) Hoc conſuetudinibus Germanorum non contrariatur. Nam ius ALEMANNICVM cap. CXXVII §. 3 edit. Berger. p. 487. ita ſancit: von dem

zinslehn ſoll nimand dem herrn dienen, dann als er mit ihm geſdinget :

(o) PETR. de MARCA de marca Hispan. p. 1331, celeb. MASCOV in eximia diſſertatione de nexu Burgund. p. 30. ſqq.





Aut comitatum Carolo Andegauensi aliter, quam sub consueto censu et seruitiis concessit (p). Bonifacius VIII. P. R. an. clxxxvii. Sardiniae et Corsicae regna ea conditione Iacobo II, Arragoniae regi, eiusque heredibus vtriusque sexus in feudum contulit, vt non solum centum duorum millium marcarum argenti bonorum et legalium sterlingorum in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli annis singulis sub poena, pro ratione termini tertii, caduci (q), soluere, sed et seruitia militaria praestare debeat. Paulus III. P. R. Herculem II, Mutinae ducem, de Ferrariae ducatu (r) sub annuo censu 7000 aureorum solidorum a. clxxxviii.

IOXXXVIII.

(p) de LEIBNIT. in cod. iur. gent. Diplom. prodr. n. 15. CONRING de finibus imperii p. 581.

(q) Formulae et clausulae in litteris clientelariis pontificum hac de re plerumque huius tenoris sunt: *si vero tu, vel quisunque heredum tuorum ipso regno statuto tempore non solueris in regre, vt praemittitur, censum ipsum, et expectatis per quatuor menses terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfeceris, eo ipso eritis excommunicationis vinculo innodatus. Quod si in secundo termino nec infra subsequentes alios quatuor menses eundem censum sine diminutione qualibet non persolueris, totum regnum Sardiniae et Corsicae erit ecclesiastico suppositum interdicto. Si vero nec in tertio termino, nec infra alios quatuor menses proximos per plenam satisfactionem eiusdem census tu et heredes tui vobis duxeritis consulendum, ita, quod transactis eodem tertio termino et quatuor proximo sequentibus mensibus non sit de huiusmodi censu primi termini ipse ecclesiae integre satisfactum; ab eodem regno Sardiniae et Corsicae ipso iure cadatis ex toto et regnum ipsum*

*ad Romanam ecclesiam eiusque dispositionem integre et libere reuertatur.* SCHMAVSS I. c. p. 15. Adiungit bullam Urbani V. P. R. de anno clxxxliii. qua Petrum IV. Arragoniae regem, censum istum recusantem, citat, apud LVNIG in cod. lib. diplom. T. II. p. 1425. Sed hodie de hoc censu nihil amplius constat.

(r) LVNIG I. c. T. I. p. 1697. Alexander VI. P. R. iam antea clxxxvii. Herculem I, Mutinae ducem, titulo ducis Ferrariensis ac honoribus et iuribus inde pendentibus condecorauerat, eumque terris dictis inuestiuerat, pro censu annuo et recognitione domini centum aureorum, LVNIG I. c. p. 1658. sq. Denegato deinde illo censu ab Alfonso I, Carolus V imperator a. clxxxviii. laudo quodam lato pronunciauit, vt ipse eiusque successores in perpetuum quotannis in vigilia b. apostolorum, Petri et Pauli, dare et persolvere pontifici eiusque successoribus summam 7000 aureorum in locum census - ac centum armigerorum sistant, LVNIG I. c. p. 1671. Hoc facto, transactio inter Paulum



lxxxviii. inuestiuit. Ex bulla Gregorii XI. P. R. de anno clocclxxii. (s) patet, Fridericum, Petri, regis Aragoniae filium, regem Trinacriae, vasallum regis Siciliae, huic non tantum ad censum annuum, nimirum vncias auri 3000, verum etiam ad seruitia militaria praestanda obstrictum fuisse (t). Quod regnum Neapolitanum attinet, Clemens IV. P. R. Carolo I. comiti Andegauensi eiusque legitimis heredibus vtriusque sexus illud a. clocclxv pro annuo censu octo millium vnciarum auri in festo b. Petri sub solito praeiudicio soluendo (u), addita lege, vt quolibet triennio (x) pontifici Romano vnum palafridum album et pulcrum et bonum in recognitionem veri domini daret, praeterea trecentos milites equis et armis bene ac decenter munitos et paratos per tres menses integros quous anno regis sumtibus et stipendiis sustentandos in obsequium et subsidium ecclesiae Romanae transmitteret (y). Sed Carolus V. imperator et rex Neapolitanus cum Clemente X. P. R. respectu huius feudi pontificii conuenit: paratas habere suis expensis duas triremes armatas et munitas septem anni mensibus; porro pro recognitione veri et

C 3

directi

Paulum III. P. R. et Herculem II. Mutinae ducem secuta est. LVNIG l. c. p. 1674. et T. II. p. 1415, 1425. T. IV. p. 1387, 1421. RAYNALDVS l. c. T. XIV. p. 500. BOECLER l. c. p. 88.

(s) LVNIG l. c. T. II. p. 1135-38.

(t) LVNIG l. c. T. IV. p. 540, 560, 459, 480. Fridericus autem illud regnum ad dies vitae tantum tenere promisit, post obitum vero eius idem cum insulis ei adiacentibus consolidari debuit, *ibid.* p. 489; sed Petrus, primogenitus eius, possessionem arripuit, *ibid.* p. 494. Quocirca Benedi-

ctus XII. P. a. Clocclxxxviii. legatos suos eo instruxit, vt eum ex iniusta eiusdem regni possessione dimitterent *ibid.* p. 494, et Roberto, Caroli filio, traderent.

(u) vid. not. antec. (q).

(x) LVNIG l. c. T. IV. p. 521. Alfonsus vero Aragonum et Siciliae rex album equum quotannis praestare promisit, LVNIG l. c. p. 583.

(y) LVNIG l. c. T. II. p. 946. sq. §. 5. 8. T. IV. p. 419, 422. sq. RAYNALDVS l. c. T. XIV. p. 119. §. 18. ROVSSET T. I. P. I. p. 117.





directi domini camerae apostolicae 7000 solidorum aureorum in festo b. Petri et Pauli singulis annis in perpetuum solvere, nec non ultra solitum censum parafrenum album praestare (z), qui et hodie in vigilia festi Petri et Pauli per cardinalem camerarium, prouti reliqui census ab aliis vassallis ecclesiae Romanae colliguntur et accipiuntur (a). Eodem modo Friderici III. imperatoris litterae clientelares de ducatu Mutinae et Rhegii a. cccccclii. datae, Borsium, Mutinae et Rhegii ducem, praeter censum in signum subiectionis et aliqualis saltim recognitionis quatuor millium florenorum ducatorum Venetorum puri auri annuatim in festo ascensionis domini Iesu Christi soluendum, ad auxilium praestandum adstringunt (b). In litteris beneficiariis de castri Britonorii inuestitura, Caualcaconti comiti, a Gualterio, archiepiscopo Rauennate, a. clocxxx. datis, praeter pensionem annuam, seruitia militaria promissa fuerunt, cum additamento, vt si ille census per triennium non soluatur, castrum ad dominum directum redire debeat (c). Dux Vitalis Faletro populusque Venetorum a. clocxiv. Lauretanis castrum, Lauretum dictum, sub lege fidelitatis perpetuae concesserunt ad illud custodiendum et vsque ad medium granium viam a latronibus defendere et securam illam semper reddere, et per vnum quemque mansionarium ex Lauretanis Venetis dare debuerunt bullos tres et denarios tres per annum, vnum scil. ad natiuitatem dominicam denario suo; alterum ad carnis laxationem

(z) LVNIG I. c. T. II, p. 1345. T. IV. p. 1349. et in *theatro caesarmomialis* P. II, p. 213. RAYNALDVS I. c. T. XX. ad annum CIOXXI. p. 336. §. 84. MAX. MISSON in *itinerar. Ital.* p. 929.

(a) B. IOH. DAV. KOEHLER in *historischen münzbelustigungen* P. 7. P. 51. Plura de hac materia

litteris mandarunt IO BRVNNINGH in *diff. de homagiis subiectiuis* §. 191. *diff. B. flens.* vol. VII. LAVR. BANCK in *diacepsti de tyrannide Papae in reges et principes christianos* cap. XIII. p. 356. sq. ANTON. MARCELLVS de *iure saeculari Rom. Pontif.* aliique:

(b) SCHMAVSS I. c. p. 70.

(c) MVRATORIUS I. c. p. 338.



tionem cum denario suo, tertium vero in Pascha cum denario suo, pulli quidem nostri (Venetorum) erunt, denarii vero gastaldionis, qui pullos illos collegit (d). De anguillis capitaneis, quas venales vocatis, rectum decimum ad ecclesiam ipsius castelli et ad plebanum et ordinarios eius dare debetis. Nobis (Venetis) vero de eisdem anguillis vndenam anguillam daturi estis, tracto prius omni expendio clangurae piscariarum. Si cenglavem aprum aliquo venatu ceperitis, caput illius cum pedibus nobis, nostrisque successoribus portaturi estis. - In hostem vero nullo modo vocare, neque in quolibet alio servitio mittere, neque de aliqua alia datione, praeter illam, quae dicta est, inquirere vos debeamus (e). Litterae clientelares a Leopoldo imp. a. c. 1161. dynastis Freibergeribus respectu iuris aduocaciae in ahenarios quarundam plagarum Sueviae datae, sequentia verba faciunt: *daß auch ein jeglicher kessler, der in dem berührten umkreiße gefessen und wohnhaft ist, dem obgenannten Georgen von Freyberg, oder seinen nachkommen um solch recht, als er ihme verleihet, jaehrlich nicht anders pflichtig seyn sollen zu geben, denn 2 schilling halber und er soll auch denn keine andere sachen, von keinerley andern sachen an ihnen begehren noch miethen, dann als*

(d) Nihil autem interest, num census illi domino ipsi, an a domino directo aliis, siue ad certos vsus destinentur, vti ex sequentibus litteris investiturae Gastauii, comitis Saynensis, Wittgensteinensis et Hohensteinensis, senatui Nordhusano a. c. 1161. respectu molendini, die Werder mühle an der Helme dicti, datis, patet. Verba sic se habent: so sollen nunmehr unsere vasallen die obbenannte deputirte der spende die intraden der lehn mühlen zu andern milden sachen, als zu unter-

haltung kirchen und schulen und der ehre Gottes einzig und allein anwenden. - zu unvergeben eines jeglichen rechten / unser obrigkeit, freiheit / gewehrheit und pflichte und zinsen / die unsern beschribenen jährlich daraus zu geben / nemlich ein marck scheffel Korn und 2 schweine zu mästen, ganz unbeschädlich, LVNIG in corp. sur. feud. T. III. p. 105. n. 79.

(e) LVNIG in cod. Isal. diplom. T. IV. p. 1535, 36.





ferr waere; ob derselb Georg von Freyberg ihr aller zu sein selbst leib bedoerfte, und das sein selbst sachen waeren, daß sie ihm dann 14 tagen dienen und warten sollen in ihrer eigenen kost, mit ihm ziehen, wohin er will, auf ihr schaden und solde und nicht laenger, dann als ferr sie das willig thun wollen, und waere, ob er ihr laenger denn 14 tag in seinen kosten dienen und warten sollen, ohne sold, doch also, daß er niemands mit ihnen dienen solle, und waere auch, ob ihr einer in eine stadt oder dorf gefessen waere, oder unter einem herrn, mit dem er krieg haette, der mag wohl darunter still sitzen, und ihme nicht beholfen seyn cet. (f). Denique illi, qui iure mellificii in syluis imperii prope Norimbergam inuestiti fuerunt, tam censui, quam seruitiis quibusdam determinatis obstricti fuere (g).

### §. VII.

#### ALIA EXEMPLA FEVDORVM CENSVALIVM EXHIBENTVR.

Nec regibus Bohemiae feuda censualia ignota sunt. Nam Henricus, rex Bohemiae, a. c1000cxxvii. cum ei Henricus ab Anneberg castrum eiusdem nominis cum horro atque pomario Laetschii sito, in feudum offerret, in litteris clientelaribus hifce verbis vtitur (h): *eine wiese zu Laetsch - - die er hatte von uns zu zinslehn um 40 scheet - kauffen - - wir haben ihm auch verliehen zu zinslehn eine ganze hofstatt gelegen an Meron - - und eine halbe hofstatt - - und soll uns*

(f) LVNIG in *corp. iur. feudal.*  
T. I. p. 951.

(g) CHRIST. GOTTL. SCHWARZ  
in *diff. de buticulariis* p. 59, 81. sqq.  
BVRIL. c. p. 1310. sqq. LVNIG R.  
archiv. T. XIV. p. 94. Sanctio iuris  
feudalis Tecklenburgici apud de LV.

DEWIG T. II. *reliq.* p. 298. sequen-  
tia verba facit: *praefati nostri infe-*  
*dati corpore et rebus nobis servare obli-*  
*gantur.*

(h) LVNIG in *corp. iur. feud.* T.  
III p. 215.



uns alle jahr geben von der ganzen hofstatt 6 schilling, und von der halben 3 schilling perner - - . In Austria eiusmodi feuda cognita sunt, praecipue feuda, bursatica dicta, beutel leben (i), ad ea referri posse, cum aliis crederem (k), quidquid dicant alii (l). Legis enim feudalis, quae tempore Maximiliani II. imperatoris in Austria a. d. 1550 LXXXII. delineata est, teste LVNIGIO (m), verba ita se habent: *leben, welche man ungeadelten (n) personen, als bürgern, bauern, bawrn oder andern gemeinen leuten, so nit nobilitiret, noch lebensfaehig, verleiben thut, die nenne man peitl-lehen, und fleust dieser nam daher, daß angeregte personen ihr innhabendes lebngut nach alten herkommen nit mit rittermaessigen diensten, als veltzigen und dergleichen, gehorsam, sondern einer peitlgab verdienen, und dem lehnherrn eine gewisse lehnssteuer in das witzthumb-amt reichen* - - .

Ex his igitur liquet, possessores horum feudorum debere domino censum, eoque vasallum seruire domino. Nec inconcinnum esse videtur, feuda culinaria ad beneficia censualia referre, quorum originem et naturam egregie illustravit V. C. DEINLIN (o). Huc quoque respicit diploma Bolconis II.

(i) Horum possessores vice feruitorum censum quendam in cremenam, seu buriam ferre tenentur, vnde dicitur: die lehnsleute verdienen ihr lehn mit baaren gelde dem lehns herrn; sie dienen dem herrn in beutel einmal für allemal, oder jährlich.

(k) B. de LVDEWIG in *Germania princeps* lib. 1. cap. 5. §. 8. not. (o) p. 94. edir. nouiss. und in *gerlehten anzeigen* T. 1. p. 829. 199. BYRC. GOTTHELF STRVV in *element. iur. feudal.* cap. IV. §. 71. 10. GVL. de GOEBEL in *diff. de feudis extra curiam*, sect. 1. §. 9.

(l) B. ENGAV in *progr. de feudis bursaticis* not. (a), vbi censum pecuniarium in his feudis plane exulare aumat.

(m) in *corp. iur. feudal.* T. III. p. 552. tit. 4. cui adspulatur *Oesterreichische landtafel* tit. XI.

(n) Feuda vero illa bursatica Austriae tam nobilibus, quam ignobilibus conferri posse, ex eadem constitutione Austriae feudali, tit. XXIX. apud LVNIG l. c. p. 560. patet.

(o) in laudata dissertatione *de feudo culinari* §. 1. 199. perill. ESTOR in *kleinen Schriften* vol. II. p. 15. 19.

D





II. ducis, quo ciuitatem Schwidnicensem inuestiuit a. ccccli. in die St. Ioannis Baptistae *mit dem goldenen walde*, et inter alia eius verba, sequentia notatu digna sunt: *contulimus libere cum omni iure et dominio hereditario omnibus temporibus possidentem, ipsi vero consules praediicti et eorum successores nobis et nostris successoribus pro nostra coquina in signum feudi perpetuis temporibus tria talenta piperis super festo B. Michaelis dare annis singulis, tenentur* (p). Praeterea cum a Friderico IV. rege Daniae, ceu duce Holfatae, Theodorus ab Holtz a. clolcxcix. cum praediis quibusdam in dynastia Pinnebergenfi sitis, Poite et Mugenburg inuestiretur, praeter laudemium ducentorum thalerorum casu renouationis eueniente soluendo et officia vasalli praestanda censum quinquaginta Ioachimicorum quotannis pendendum promisit (q). Idem rex a. clolccvii. amico suo Kay Rumohr eiusque heredibus legitimis praedia, die *veddel* et *Greuenhof* dicta, sub annuo recognitionis censu viginti thalerorum die Martini ad praefecturam Pinnebergensem contribuendo contulit (r). Feuda Dano-Noruagica, quamuis franca et feminea successiua dicantur, nihilominus censualia inter ea deprehenduntur, v. g. comitatus Laurwigen tria tormenta ferrea et praeterea quotannis certam globorum et tabularum quantitatem pendere debet (s). De feudis censualibus, praesertim ignobilibus, in terris Brunsvicensibus dicat de LEYSER (t). Principes et comites Oettingenses Oeseris conferre solent *zu mann- und frauenlehre*

(p) SAMVEL STRYK in *diff. de feudis ducatum Silesiae* lect. II. cap. II. §. 5. p. 46.

(q) LVNIG l. c. T. II, p. 1696. num. VIII.

(r) IDEM c. l. p. 1800.

(s) Conf. lectu dignissima dissertatio *sistens notitiam iuris feudalis Dano-*

*Noruog.* quam ERID. CHRIST. SEVEL praeside ill. BVDERO *Ianae* defendit. §. 25, 27, 46, 56. sq. p. 39. sq.

(t) in *comm. de feudis Brunsvic.* §. 46, 47. in *thesauro iuris feud. Ianae*. T. III. p. 880.



lehn ein gut zu Dapfheimb, das halbe lobe genannt, giebt  
 jaehrlich nach Oettingen auf St. Michaelis des ertzengels-tag  
 fünf gulden zu rechter herren gült (u). Keminatae Wol-  
 kenhufensis possessor censum XVI. grossorum singulis annis  
 abbati Fuldensi soluere tenetur (x). Capitulum St. Ste-  
 phani Moguntiae Christophoro, comiti Stollbergensi, a.  
 clbclxxv. eiusque heredibus vtriusque sexus, praeter ea  
 feuda, quae antea Eppsteinenses recognouerant, certos  
 fundos praediaque in pago Bornensi aliisque ibidem nomi-  
 natis locis, quae dicti Eppsteinenses iure emphyteuseos,  
 siue conductionis hereditariae nomine sub annuo canone  
 viginti duarum marcarum denariorum Colonienfium in fe-  
 sto St. Martini praestando possederant, clientelari nexu  
 pro dicto canone, siue mercede, sub poena dupli intra cer-  
 tum tempus et illo praeterlapso, sub lege commissaria, con-  
 cessit (y). Philippus Craz de Scharfenstein, praepositus  
 capituli Moguntini Nicolao et Walthero de Praunheim a.  
 clbclxcviii. Heddernheimense feudum censuale contulit  
 (z). Postea nobili familiae de Riedt feudum Heddernhei-  
 menense sub annua pensione CCCC. medimnorum frumenti  
 ab eodem capitulo Moguntino datum fuisse constat. Ca-  
 pitulum metropolitanum Moguntinum a. clcccxxiii. Ger-

D 2

hardo

(u) ill. IENICHEN in doctissima  
 praefatione ad *thesaurum iur. feud.*  
 T. II. p. 21.

(x) IO. FRID. SCHANNAT in  
*probat. cienc. Fuld.* p. 82. Verba sic  
 se habent: *Catharina relicta Ioannis  
 ab Eschrove simultaneam inuestituram  
 unicum filijs suis Urbano et Ioanne ab  
 Eschrove obitae villae Wippenrode,  
 Keminatae in Wolchershausen - a.  
 clccccxxv. quod feudum obliga-  
 tum est in onus XVI. grossorum annui  
 census.*

(y) LVNIG in *corp. iur. feud.* T. I.  
 p. 1394. sqq. Eodem modo Her-  
 mann, archiepiscopus Colonienfis, Ioan-  
 ni Vellen van Wievelikhoven eiusque  
 vxori et heredibus den Mehrhof zu  
 Syllikum, de quo quouis anno ille  
 dreissig par guter frucht praestare de-  
 buit, iure feudi, referuato eodem ca-  
 none, contulit. vid. *frumst. schleuß  
 niemand auß.* Colon. Agr. 1738. fol.  
 num. 82. p. 65.

(z) IOANNIS vol. II. *rer. Mogunt.*  
 p. 289, 293-296.





hardo militi Wormatiensi bona in Godeloch in feudum ea conditione concessit, vt censum annum XXV. solidorum in festo St. Nicolai soluat (a). Obueniunt etiam feuda censualia in Hassia. Etenim Ernestus Ludouicus, serenissimus Hassiae Landgrauus v. c. Adolphum Reinhardum de Nordeck, huiusque sores, molendino Allendorfsenfi ad Lumbdam a. clbcccxxxi. inuestiuit, ea lege, vti verba se habent: *uns und unsern erben davon alle jahr vier malter gutes, reines, trockenes marck schoenes korns, Marburgische maass, zwo marck geldes, ein buhn, auch achtzeben tornes geldes, alles Marburger werths, in unsere renterei zu Allendorf, zu St. Martini winter, bei zinsbusse und so guter gewisser zinsrecht und gewohnheit ist, zu zins geben und ausrichten sollen* (b). Ecclesiae Eichstadiensis feuda censualia ignota non esse, liquet tam ex formula litterarum clientelarium apud LVNIGIVM (c), quam ex charta apud DEFALKENSTEIN (d). Itidem Marquardus Rudolfus, episcopus Constantiensis, fabrum ferrarium Dettingensem, Ioannem Iacobum Schifflein eiusque posteros de fabrica ferri a. clbccc. ea conditione inuestiuit (e): vt vnam libram denariorum quotannis in recognitionem ad praefecturam Clingnauwensem penderet. Feuda episcopatus Curienfis tanquam promiscua beneficia pro modico censu concedi, testatur charta apud LVNIG (f). Ex feudis Heruordiensibus et indubitate ex maiore illorum parte, abbatissae census annuus solui solet, quod non solum formulae, quae litteris client-

(a) perill. de GVDENVVS T. II  
cod. dipl. P. I. p. 38.

(b) perill. ESTOR in *anerlesenen fleinen schriften*, T. I. p. 237. sqq.

(c) in *corp. iur. feud.* T. I. p. 1617. num. VI.

(d) in *cod. dipl. antiq. Nordgav.* num. CCCLXXI. p. 324.

(e) LVNIG l. c. T. I. p. 1628. num. II.

(f) in *spicileg. eccles.* contin. III, p. 1046. §. sum. eistien.



clientelaribus inferi solent et sequentis tenoris sunt: *wir belehnen euch, doch unsers stiftes pflicht, pfacht und recht vorbehalten (g);* verum etiam varia praeiudicia supremi camerae imperialis iudicii confirmant (h). De feudis censualibus abbatiae Abdinghouensis, in Paderborna sitae, sequentia leguntur verba apud LVNIG (i): *von der abtei Abdinghof binnen Paderborn dependirende lehne sind alle feuda masculina, wenn gleich davon eine annua recognitio, sine canon praestiret werden muß, und recognosciren in tali qualitate unter mehrrern andern, nach inhalt an der abteilichen lehnkammer befindlicher lehnprotocollen, lehnbrisen, und reversalen, auch sonst anderer documentorum;*

Die herren von Brencken zu Erdbernburg, einen hof, genannt der grosse hof der schellen mit 4 kottstetten, und müssen davon jaehrlich in coena domini sechs schillinge Paderbornisch sub poena dupli aut caducitatis entrichten.

Die herren von Garmesen die halbscheid des ambts und guts Dodenhausen, wovon sie jaehrlich 3 Rheinische goldgülden, oder deren werth entrichten müssen.

Die herren von Grona zu Westebroeck acht kuben landes, acht kottstetten, eine schaaftrift mit ihren begriffen und zubehoer, binnen und ausser dem dorf Halle, das Gronische saumlehn genannt, wovon jaehrlich einen Rheinischen goldgülden entrichten muß.

Noch das Beblingische vorhin Brakische lehn, in verschiedenen stücken bestehend, wovon jaehrlich auf Ostern 2

D 3 Rheinische

(g) LVNIG in *corp. iur. feud.* T. I. p. 2023-39. vbi et differentiae feudorum Heruordiensium cum suis oneribus et qualitatibus descriptae deprehenduntur. Sunt enim propria; sunt etiam impropria et promiscua.

(h) De LVDOLF *symphor. consilio et decis.* T. II. decis. I. p. 48. n. 3, cap. II. posit. I. p. 57, p. 71, 77, 78, 85, 127 sq.

(i) LVNIG in *corp. iur. feud.* T. I. p. 1673. num. XI.



Rheinische goldgülden und ein Marien grossen praestirt werden müssen.

Stadt Geseke eine mahlmühle und stette zu Hastedde für Gesecke gelegen, muß davon jaehrlich in termino St. Galli alten Calenders eine mark gesickig pro recognitione geben.

Die herren von Cotzenberg zu Horn, einiger meierhofsse und hieben landes zu Bellede nebst andern pertinentien, wovon jaehrliches auf Michaelis 2 Rheinische goldgülden entrichten müssen.

Die gebrüdere Koeler zu Horn den hof zu Hauerge, den zebenden zu Wellendorf, 3 hoefse daselbst, die mühlen zum Vogelsang nebst dem hofe uf der Grund mit allen ibren zubeboerungen: und müssen davon jaehrlich in termino Michaelis 3 Rheinische goldgülden zalen.

Die herren von Münchhausen das sogenannte Zerzische lehn in verschiedenen hieben landes und andern pertinentien bestehend, müssen davon jaehrlich auf Michaelis 5 Rheinische vollwichtige goldgülden, so von den sogenannten Hallischen lehn praestiren.

Hermann Ernst Meyer ammann zu Ehrigsburg, das sogenannte Spiegelbergische lehn, bestehend in 2 hieben landes und einer kottstette, 4 morgen groß, gelegen zu Dodenhausen im kirchspiel Halle, muß davon jaehrlich in termino Martini 3 Rheinische vollwichtige goldgülden, oder wie dieselben bei der abtei Abdinghof giltig seyn, zalen, ohne die fünf goldgülden, so von dem halben amte zu Dodenhausen praestirt werden (k). Alia exempla suppeditat vir, cuius immensam

(k) Alias litterarum clientelarium formulas de feudis censualibus LVNIG exhibet l. c. p. 813. num. 119, p. 820. p. 821, num. 122. p. 835. sq.

Perill. ESTOR in Fleinen scharfen vol. II. p. 4. monasterii Drolshagen cuiusdam singularis feudi censualis mentionem facit. Verba sic se habent: daß das kloster



mensam doctrinae copiam praedicare nunquam desinam,  
 de WESTPHAL (1), quae heic legere B. L. non pigebit. NICOLAUS  
 dominus de WERLE, ait, coenobio Malchouienſi a. clo  
 cccxix. contulit iure pheodali varios fundos, prouiso ta-  
 men, quod dictae moniales in recognitionem huius pheo-  
 di nobis et nostris heredibus deinceps vno pari caligarum  
 in natali domini nostri ad seruitium anno quolibet - - et  
 homines praedictos agros siue manſos colentes solummodo  
 ad defensionem terrae (non ad armorum expeditionem)  
 teneantur. Idem seruitium ministrandi vnum par caliga-  
 rum in recognitionem feudi concessi Henricus dominus  
 Megapolensis vindicauit Hennekino Moltkenio, qui villam  
 suam Kerzebon, prope Rostochium, ab omnibus seruitiis  
 exemptam iure feudi oblaci vendiderat ciuibus et in iustum  
 pheodum et ius vasallicum porrexit, excepto iure maiore,  
 videlicet manus et colli, quod iure et more vasallico, me-  
 diante precaria ac pheodali collacione sibi et suis successo-  
 ribus referuauit. Villa in eadem pro seruitio dicto Henne-  
 kino et suis heredibus annis singulis, qualibet vigilia nati-  
 uitatis domini vnum par caligarum ministravit beniuole ac  
 benigne.

In Pomerania idem seruitium symbolicum in recogni-  
 tionem feudi franci ab oneribus liberati, obtinuit, testan-  
 tibus litteris resignationis et confirmationis feudi Sanze a  
 nobilibus de Behr venditi, cui exemptionem a seruitiis eque-  
 stribus ab omni feudi seruitio dextrarii dominorum vel  
 equi de ipsis faciendo indulserant comites Gutzkowienses  
 Ioan-

Kloster ein sicheres lehn von 7 bun-  
 ten vierjährigen und vier gehörn-  
 ten haimeln, welche sonst auf  
 dem erwehnten Kloster gebastet,  
 und von selbigem von zeiten alle  
 jahr an unser stiftskirche fällig ge-

wesen, gegen abstattung eines  
 jährlichen feudal-zinſſes von 5 1/2  
 mark Cöllniſch in certo termino sub  
 poena commiſſi zu lehn getragen 2c. 2c.  
 (1) In laudata praefatione T. IV.  
 p. 59. ſqq.







Ioannes senior et iunior a. clōcccxxxiv. teste SCHWARZ (m), verbis: in feudum contulimus et conferimus, illo duntaxat excepto, vt in signum domini nobis vnum par caligarum in festo natiuitatis domini dare liberaliter teneantur. Aliud exemplum exhibet AVCTOR der *reichsvogtischen apologie* (n), ex litteris inuestiturae a Godofredo, comite de Hohenloo, datis a. clōccxlvj. Ottoni Bogenario, cui Augustano et Selindae vxori, heredibusque eorum, quibus contulit palatium suum Augustae Vindelicorum instar *feudi franci*, hac tamen lege, vt Bogenarius non solum feudi dominum eiusque heredes, quoties Augustae commorarentur, libero hospitio exciperet, sed etiam comiti Hohenloënsi in recognitionem beneficii duas caligas de sageto seu aluta crispata, singulis annis offerre adstringeretur; subiuncto et hoc, quod si forte Bogenarius domum eam vendere alii voluerit, imperator eiusque successores perpetuo obligentur, quotannis die Michaelis festo, comitibus Hohenloënsibus duos vro-gallos seu anseres duos galeatos (auerhane) in censum annum feudique recognitionem conferre. Accedit exemplum ex historia comitum Suerinensium apud CHEMNITIVM (o), vbi testatur, quod comites Danenbergici in signum recognitionis cuiusdam beneficiariae, seu feudalis, episcopo quotannis obtulerint duo pondera maiora nautica halecum (2 last heringe), quem censum episcopus a. clōccxvi. consentiente capitulo iure inuestiturae transtulit in episcopum Suerinensem Guncelinum VI. Eodem fere more vsus est Nicolaus dominus de Werle, qui villam Zelze, hodie Schwartz, ab omni seruitiorum praestatione liberans sibi stipulatus est in locum memoriae et recognitionis

(m) in *hisor. Rug. et Pomeran. feud.* P. II. p. 350.

(n) cap. 12. p. 400.

(o) in *chronico magno Megap. in vita Guncelini VI.*



tionis eorum annum censum (quouis anno loco seruitii pheodalis vnum *punt mellis*), quem ecclesiae b. Caeciliae et canonicis Gustrouiae contulit singulari donatione, a. clō cccviii. et dimisit et relaxauit perpetuo super eo, vt nostri patruī domini Henrici et nostri patris dilecti domini Ioannis dominorum de Werle ac matris nostre Sophie atque vxoris nostre Riczen dilectarum nobis et nostri, dum mori contigerit memoria quouis anno die dominica ante assumptionem virginis St. Marie in vigiliis et missarum solemniis pro defunctis vt oportet perhenniter habeatur.

§. VIII.

NVM FEVDA CENSVALIA INFERIORIS CONDITIONIS  
AC ALIA FEVDA HABENDA SINT,  
DISQVIRITVR?

Ex his igitur exemplis in medium prolatis liquet, regalia (p) et nobilia, tam saecularia, quam ecclesiastica feuda existere censualia; nec minus inde patet, et beneficia plebeia seu vilia, et nobilia censualia rara non esse, quamuis inficias ire nequeam, maxime census locum habere in feudis plebeis, non solum ex causis supra dictis; verum etiam ea praefertim ex ratione, quoniam plebei a seruitiis equestribus arcebantur et clypeo militari carebant, nihilominus feuda ignobilia acquirere poterant censusque pendere debebant (q). Exinde etiam causam quodammodo erui posse

(p) Nam et nobilissimi vltro sibi constituerunt eiusmodi feuda, vid. *documenta rediuii. Nuremb.* p. 454.

(q) *lvs FEVD. SAX.* cap. II, LXXII. et LXXIX, *AVCTOR VETVS de beneficiis* §. IV, V, cap. I. et cap. III. in *corp. iur. feud. Senckenberg.* AV-

GVSTINVS *de LEYSER de feudis Brun-*  
*sue.* §. 47. *ALTESERRA de feudis*  
*Galliae,* cap. X. ita differit: *Hoc pacto*  
*feudorum iure labefactato, ne ordinum*  
*status omnino euerteretur, et plebei se*  
*pro equitibus gererent, placuit feudorum*  
*nenime his censum imponi, idcirco*  
E  
drob



posse autumo, cur eiusmodi feuda censuاليا consuetudinibus Germanorum feudalibus non recta (r), seruuilia (s), dicantur, quamuis alioquin canon ille et pensiones publicae, quinimo tributa certa quandoque loco seruitiorum exacta, vt et donatiua, subsidia charitatiua, praesent-gelder cet. (t), essentiae feudorum nihil detrahant, et feuda vera maneant, nec non indolem suam retineant, cum census solutio vilitatem, siue viliorem conditionem feudis non adferat (u), quicquid dicant alii (x). His etiam curia feudalisi pontificis Romani contradicit eorumque opinionem respuit.

## §. IX.

*droit de FRANCS FIEFS, quem in perpetuum, ignobilitatis argumentum, fisco inferre cet.*

(r) IVS FEVD. ALEMANN. cap. XXIX, CX. ibique SCHILTER p. 202. sqq. SPECVLVM SVEV. cap. CCCXXXIII, CCCXL. et XLI, IVS FEVDALE ALEMANNICVM *ex moribus Bavar.* cap. XXVII. et LXXII. in *corp. iur. feud. Senckenberg.* p. 141, et p. 151. IVS FEVD. SAX. cap. XIII. §. 6. cap. XV.

(s) BVRC. GOTTHELF STRVV in *iurisprud. feudali* cap. 1. §. 7. \*\*\*\*\* p. 6. IO. HEVMANN, antecessor Altorfinus laude conspicuus, in *eximia explicatione diplomatum quorundam antiquorum* cet. cet. in *exercitat. iur. vniu.* n. XI. p. 69. sqq. et in *thes. iur. feud. Jenich.* T. I. p. 583.

(t) Donatiua enim cum feudis censuاليا nihil habent commune. Nam manent feuda equestria, nec censuاليا fiunt, licet horum possessores auxilia et munera domino directo in nummis, non in armis pro temporum ratione

praesent. Quod si vero nulla seruitia exiguntur, in perpetuum potius quotannis aere redimi debent, feudum enascitur improprium, quod tamen ab emphyteusi, praediisque censiticis differt, conf. GOTHOFR. THOM, LV-DEWIG de *feudo censuali* §. 2. sqq. V. C. CAR. HENR. MOELLER in *cultissimis primis liquis usus practici distinctionum feudali.* cap. IV, dist. XI. STRVVII *elementa iuris feud.* cap. XVIII. §. 474. edit. tert.

(u) De feudis nobilium imperii hoc erudite monstravit vir celeberrimi nominis et insignium meritorum CHRISTIAN GOTTLIEB BVDER in *amoenitatibus iuris feudalis*, cap. XII, p. 84. et quod ordines imperii attinet, de iis evolendus est ITTER de *feudis imperii* cap. XXI. §. II. p. 885. sqq. BRVNNQVELL in *comment. de feudo Keminatae* §. 29. in *thes. iur. feud. Jen.* T. II. p. 913.

(x) Vid. IACOB GABRIEL WOLFF in *elementis iuris feud.* p. 301. et p. 393.



UTRUM FEVDA CENSVALIA SAECVLARIA MASCVL-  
NA AN FEMINEA SINT? NEGANTIVM ARGV-  
MENTA SVPPEDITANTVR.

Feuda censualia vel saecularia vel ecclesiastica sunt (§. II.). Sed in disceptationem venit, num illorum masculi tantum, an feminae etiam participes sint? Iuris consulti de hac quaestione maxime inter se dissentiunt. Sunt, qui prioribus tantummodo calculum adiiciunt (y); sunt tamen, et quidem non pauci (z), qui sequiori sexui fauent, illique successionem in his feudis partim absque discrimine vindicant; partim feminis demum successionem in dictis feudis adscribunt, si praeter censum nullum debeatur seruitium personale, etsi iureretur fidelitas. Alii denique tunc eas vocant, cum nec seruitia personalia, nec fidelitas debeantur (a). Illi igitur, qui feminas feudis censualibus excludunt, sequentibus inprimis vtuntur argumentis: feminae, aiunt, sunt (I) consiliorum inopes et ad seruitia feudalia inhabiles; dominus vero feuda eam ob causam con-

E 2

cedit

(y) De BERGER in *elect. dist.* for. tit. XL. §. 21. GOTTFR. LVDOV. MENCKEN in *diff. de praesumptione feudis masculinis* §. XVI, HERMANN VULTEIVS de *feudis* lib. I. cap. IX. num. 59. p. 344. sqq.

(z) GEORG MELCHIOR de LV. DOLF in *symph.* vol. II. dec. I. p. 57 77, 86, 127. ANDREAS GAILL lib. II. obs. 159. num. 5. p. 629. ADR. GYLLMANN *symph.* T. II. P. I. vot. XXI. n. 70. p. 141. T. IV. P. I. vor. IX. n. 115, 116. p. 66. HARTMANN PISTOR t. II. qu. 24, BEN. CARPZ, P. III. const. 28. def. 12,

G. A. STRVV in *synt. iur. feud.* cap. IX. aph. 8. n. 1, 2. et *obs.* XX. p. 69. HORN in *iurisprud. feud.* cap. XV. §. 6. IVST HENNING BOEHMER. T. III. P. II. resp. 170. n. 29. p. 296. HERMANN VULTEIVS in *consiliis Marburgensibus*, vol. IV. consil. XI. num. 66. et de *feudis* lib. I. c. IX. n. 59. p. 343. ibique allegati auctores. CASPAR ACHATIVS BECK in *d. de feudis femineis* §. 27.

(a) HENR. a ROSENTHAL I. c. cap. VII. concl. 33. num. 25. p. 490.





cedit, vt vafallos pares curiae periculo et constantia animi praeditos, nec non confiliorum ministros habeat, quocirca feudum in dubio proprium et masculinum habendum est, in quo, quamuis sub clausula *omnibus heredibus* indultum sit, tamen feminae succedere nequeunt (b), siue sit feudum improprium, conditionatum (c), francum (d), oblatum (e), siue aliud, nisi probari possit, feudum esse femineum (f). Et si feminis quoque beneficium simul sit collatum, attamen eae tamdiu, ac masculi adsunt, illo arcentur (g). Adstruunt (II) successionem masculorum commodum domini superioris respicere, quo facilius iis extinctis dominium directum cum vtili consolidetur; quibus et aliam causam concessorum feudorum addunt, nimirum honoris et decoris familiarum conseruationem (h). Dicunt (III) feudum censuale verum esse feudum, et quamuis vnum naturalium mutetur, cum census in perpetuum pendatur, minime tamen reliqua naturalia mutata habenda esse, quandoquidem pro naturalibus alicuius rei semper

(b) IVS FEVD. SAX. cap. II, ALEMANN. cap. I. §. 4, AVCTOR VETVS *de beneficiis*, cap. I. §. 4, I. F. I. §. 2. II. F. 26, IVST. HENN. BOEHMER *consultat.* T. I. P. II. resp. 150. num. 3, 22. IG. NIC. HERT *respons.* CXL. num. 3, resp. CLXL. num. II. resp. CLXXX, num. II. vol. I.

(c) IOSEPH ANTON SCHILGE *de feudo conditionato*, contr. II. p. 85. in *thes. iur. feud. Ienich.* vol. II.

(d) HERM. RICH. POLLMANN in *diff. de feudo franco*, §. 31, FRANC. IOSEPH de KLINGLIN in *diff. de successione feminarum in feudo franco*, thes. 4. §. 4.

(e) HERT in *respons.* CXL. num. 2.

(f) Celeb. IO. IAC. MASCOV *de iure feudorum*, cap. X. §. 10, CAR. HENR. MOELLER in *eximio*, *v/su pract. diss. feud.* cap. IX. *diff. IX.* p. 130. Quocirca probatio illa feminis imponitur, nisi ex lege vel consuetudine regionis vel curiae feudalis obseruantia, aut secundum litteras clientelares feuda regulari modo feminea deprehendantur, aut alio modo feminis manifeste successio competat.

(g) II. F. 17.

(h) V. C. IA. GE. CRAMER in insignibus commentariis *de iuribus et praerogatiuis nobilitatis auitae*, cap. X. §. 5. p. 399.



per militet praesumptio. Neminem enim, aiunt, in conferendo feudo aliud agere intelligi, quam quod feudorum indoli et communibus consuetudinum feudalium placitis respondet. Alias causas, quas interferunt, v. c. arcanorum occultationem, violationem publicae honestatis cet. (i), silentio praetermittam.

§. X.

ARGVMENTA EORVM QVI FEVDA CENSVALIA  
FEMINEA HABENT ENARRANTVR.

Illi vero, qui feuda censualia feminea esse persuasissimum habent, contendunt: I) in feudis sub certo onere siue seruitio concessis, quod aequè commode et honeste per feminas atque per mares praestari possèt, v. g. vt quis vxorem domini comitetur (k), vt domi vxori domini ministrèt (l), vt censum pendat cet. potissimam prohibitionis rationem, quod nimirum feminae seruire nequeant (m), cessare, quin imo in feudis censualibus dominum loco seruitiorum certa pensione contentum esse, quam feminae aequè ac masculi soluere possent, ideoque feminas aequè ac masculos ad successionem in illa feuda admittendas esse (n), quandoquidem domini facto id, quod feminis respectu seruitiorum obstat, remoueatur. Et si addunt, seruitia quo-

E 3 que

(i) BOEHMER in d. de feudis eccl. cap. IV. §. 7. sq. vbi dicta argumenta respectu feudorum ecclesiasticorum simul reiecta sunt, quae etiam ad alia feuda quodammodo applicari queunt, THVMERMVTH in tr. Frumstab schleußt niemand aus, quaest. II. num. 31, 37-39. sqq.

(k) THVMERMVTH in tr. Frumstab schleußt niemand aus, quaest. II. num. 63. p. m. 12, GEORG

OBRECHT in tract. feudali lib. II. cap. XIV. num. 21. p. 223, VULTEIVS de feudis, lib. I. cap. IX. num. 48. p. 333.

(l) celeb. GE. LVD. BOEHMER de femina ministeriali.

(m) II. F. 36.

(n) II. F. 104, GAILL lib. II. obs. CLIX. num. 5, V. A. MOELLER l. c. p. 318.





que extra censum sint facienda, haec per procuratorem, maritum, aliove modo (o), praestari possunt. Cessante igitur ratione, ob quam initio exclusio feminarum a successione feudali fuerit introducta, ius etiam ipsum semel constitutum cessare debere. His adiiciunt, quod feuda in Germania plerumque sint oblata, eamque ob causam melioris conditionis habenda, ac data. Tandem prouocant ad supremi imperii iudicii cameralis praeiudicia, de quibus GAILL (p) testatur, secundum ea in camera iudicatum esse.

### §. XI.

#### ORDO DICENDORVM PROPONITVR.

Ego vero semper existimaui, neque ab vnus, neque ab alterius partibus penitus esse standum, sed vbi leges, consuetudines et pactiones distinguunt, et mihi distinguere licere. Mea sententia cenfeo: I) primordia rei beneficiariae esse secernenda, quibus feuda ad heredes non transierunt, a sequentibus temporibus, quibus feuda iure hereditario translata fuere. II) Respicendum esse ad litteras clientelares, ad leges, consuetudines tam antiquas, quam hodiernas regionum, ad pacta et indulgentiam dominorum superiorum. III) Distinguendum esse inter Saxoniam easque terras, in quibus iuri feudali Langobardico legum prouincialium imperio et praescripto maior vis ac patriis moribus attribuitur, et inter eas regiones, quae iure Franco siue Alemannico et antiquioribus moribus vtuntur. IV)

(o) II. F. 40. §. *praeterea*. IVS FEVD. ALEM. cap. LXVII, IVS FEVD. BAVAR. cap. XLVI, IVS FEVD. SAX. lat. cap. XXIV. §. 1. et cap. XXXVI, in *corp. iur. feud. Senckenberg*. p. 193, GYLLMANN l. c. vot. IX, T. IV. P. l. num. 147. fq.

p. 68. Lectu dignam chartam Ludouici Bauari imperatoris exhibet IOANNIS in *specieleg. tabul.* p. 421.

(p) l. c. p. 629. De LVDOLF, GYLLMANN, aliique §. antecedente IX. not. (z) nominati auctores.



IV) contemplandum esse, feuda censualia sint saecularia, an ecclesiastica; V) vtrum census in perpetuum, an solummodo respectu certorum casuum et singularium circumstantiarum iure siue sponte feratur. VI) num feudum antea masculinum et seruitiis obnoxium in censuale rite transmutatum fuerit? hoc facto, obseruandum erit, vtrum feminae nominatim ad eiusdem successionem vocatae sint, nec ne.

§. XII.

PRIMODIA REI BENEFICIARIAE EIVSQVE  
SUCCESSVS DECLARANTVR.

Quod primordia rei clientelaris concernit, nemo in dubium vocabit, feuda initio in masculos esse collata, cum feudalia instituta primum bellicis rationibus adstricta ac beneficia personis tantum essent destinata (q). Verum enim vero cum successio in illa indulta fuit, et allodia clientelae gratia oblata fuere, feminarum omnino rationem creberrime habuere tam concedentes, quam offerentes, qui pactionibus illam successionem exemplo allodialis successionis patrio more traditae sibi stipulati sunt, quae successu temporum sensim in multis Germaniae regionibus etiam in datis feudis in consuetudinem venit et moribus adprobatum est (r).

§. XII.

(q) THVMERMVTH l. c. *quaeff.* II. num. 59.

(r) Equidem prouti crebro euenire solet, vt id, quod antea pactis introductum fuit, sensim in morem veniat, et iuris valorem obtineat; ita et hoc in clientelariis institutis deprehenditur, SCHANNAT in *client. Putsch.* P. I. c. II. §. 5. p. 7. Principem

igitur locum habent consuetudines in rebus beneficiis, ad quas in primis est respiciendum, cum feudorum iura non solum pactionibus, verum etiam moribus mutari possint, adeoque interpretatio causarum clientelarium secundum regionis et curiae feudalis mores facienda est. CHRISTOPH. BESOLD in P. V. *conf.* 236. num. 15. p. 181.





## §. XII.

SVCCSSIONEM ALLODIALEM SVCCSSIONI  
FEMINARVM FEVDALI PASSIM ANSAM  
PRAEBVISSE VIDETVR.

Germanos feminas tamdiu ac virilis sexus extitit, auita hereditate exclusisse; deficientibus vero masculis feminas successisse moribus et legibus scriptis cautum est (s). Modum igitur succedendi allodialem secundum Germanorum instituta pedetentim in feudis quoque maxime esse obseruatum videtur, praecipue cum allodia feudi nomine oblata sint, quo facto feminis successio subsidiaria in allodia auita iure competens partim expresse, partim tacite reseruata siue concessa (t), deinde moribus et legibus scriptis in multis regionibus Germaniae, inprimis ecclesiasticis, adprobata est. Nemo enim suum iactare, sibi suisque hereditibus

p. 181, HERT respons. CCCCLXXXIII.  
n. I, vol. I, et *secis*. CCXXVII, num.  
7, vol. II.

(s) Hoc planissime monstrant viri illustri nomine et laude conspicui, HENR. CHRISTIAN L. B. de SENCKENBERG de *filia vltima gentis suae in regnis et principat.* cap. V. §. 42. sqq. IO. GEORG. ESTOR de *terrarum partitionibus illustrium Germanorum inter se cet.* cap. V. §. 41. sqq. p. 31. sqq. IO. IAC. REINHARD von dem erbfolgsrecht der tóchter vor den stammvettern in Teutschen reichsallodien ic. BVRC. GOTTH. STRVV de *allodiis imperii*, cap. I. §. VIII, p. 42. sq. et IO. AVG. HELLFELD de *successione feminarum illustr.* §. VIII. sq. in STRVVII *iurisprud. her.* T. VII, cap. IV. sect. V. p. 437. sqq. His addere liceat locum

ex legibus Normannorum apud de LVDEWIG T. VII. *relig.* ibique de Ludewig ad L. II. cap. 27. num. 18, vbi verba sic se habent: *sorores in hereditate patris nullam debent portionem reclamare versus fratres, vel eorum heredes sed maritagem possunt requirere.* Ad hunc locum addit de LVDEWIG: *est haec veritas et fides habenda maximi. Nam filiabus successio debetur etiam in allodio aut feudo vulgari, non nisi subsidiario fratribus deficientibus. His moribus viximus olim Germani; hodie iure isto vtuntur nobiles familiae in Franconia et Holsatia.* Pactum nobilitatis S. R. imperio sine medio subiectae de a. CLOJCLIII. exhibet LVNIG in *T. R. archiv P.* spec. cont. III, p. 14. num. 7.

(t) HERT in *respons.* 538, num. 6. p. 878, vol. I.



redibus nocere, potius abundantiore et vtiliore modo saluti suae prouideri censetur (u). Et quamuis non omnia feuda oblata, verum etiam data sint; nihilominus in his saepenumero vetustissima iuris et consuetudinis obseruantia eadem successio Germanorum antiqua allodialis arrisit, et concessio feudorum tunc facta censetur secundum consuetudinem curiae, siue domini directi (x), cum ab arbitrio domini plerumque dependeat, feminas aliasque personas, alioquin inhabiles, de feudo quodam inuestire (y), cum quilibet iuri suo renunciare possit. Et illud forsitan est, quod in multis documentis et litteris clientelaribus formula deprehendatur: *secundum ius et consuetudinem Teutonice inuestire, belehnen zu Teutschen rechte* (z), cum illa elocutio omnino rationem quandam habere debeat; prout cognitum atque perspectum est de formulis inuestiturarum: *more, iure et consuetudine, v. c. Fuldensi* (a), *Zutphanensi, Gel-*

(u) L. 34. D. de reg. iur. L. 31. §. 20. D. de re. di. c. di. THVMMER-MVTH in m. Frumstab schlenßt me- mand aus, quæst. I. in secundo fun- dimento, num. 91. sq. p. m. 76. BE- SOLD P. V. consil. CCXII. num. 49. quæ propter idem BESOLD P. II. con- sil. LVII. num. 87. p. 140. de feudis oblati adstruit, ea clientelae et pro- tectionis magis, quam feudî dati na- turam habere videri, VULTEIVS I. c. lib. I. cap. IX. num. 56. p. 342. num. 65. p. 349. sq. B. BOEHMER cit. diss. cap. IV. §. VI. p. 91. sqq.

(x) KLOK T. II. consil. X. num. 55. SPENER de naciis feud. iurispr. lib. §. VII. not. (h) et (k). Nequa- quam autem sufficit sola domini asser- tio, si conditio vasalli deterior sit,

cum alioquin vasallus iure suo pro li- bitu priuari possit; THVMMERMVTH l. c. ad arg. II. num. 137.

(y) Celeb. GEORG. LVD. BOEH- MER in doctissima dissertatione de eu- ribus ex statu militari Germ. pendenti- bus, cap. II. §. IX. p. 63. 65.

(z) B. Comit. de WVRMBRAND collectan. hist. genealog. p. 200. CHRIS- TOPH. BVTRENS dans ses preuues du Livre IV. de trophies de Brabant p. 59. a. 1207. perill. ESTOR in ana- lectis Fuld. sect. I. §. VII. not. a. p. 29. p. 30. FLEISCHER in der ein- leitung zum geistlichen rechte, lib. II. cap. 26. §. 24. p. 617.

(a) B. KOPP in lehnprouen. vol. I. n. 2. p. 46. sqq. laudatus ESTOR l. c. Et illa formula: *iure Fuldensi* in

F

all's



drico, Brabantino (b), Cluensi (c), Francico (d) Hersfeldensi cet. quarum tenor alicuius momenti esse debet et consuetudinem saltem inueteratam circa modum succedendi feudalem tam masculorum, quam feminarum secundum cuiusuis curiae feudalis obseruantiam denotat. Haec quidem secundum ius Langobardicum clientelare et Saxonicum irregularia habentur, quae ab illis indistincte et promiscue quoque arripiuntur, qui expertes consuetudinum patriarum sunt, nilque rectum putant, nisi quod Langobardorum et Romanorum moribus conuenit, cum tamen ius Langobardicum et Romanum in subsidium tantum receptum sit, ad quod non prius est recurrendum, quam deficientibus patriis moribus (e), dummodo rationes eius ita sunt comparatae, ut ad feuda Germanica applicari queant (f). Mores igitur patrii et cuiusuis regionis constituunt regulam, secundum quam feuda ditionis sunt aestimanda, nisi litterae clientelares aliud fanciant, ad

aliis curiis clientelaribus v. g. Palatina, recepta est, perill. ESTOR in *kleinen Schriften* T. I. P. III. num. 2. p. 547. sq.

(b) KOPP I. c. p. 47.

(c) vid. RHETIVS de *feudis Cluensibus*, sect. I. num. 13. sqq.

(d) RHETIVS I. c. num. 28. sqq. in *thes. iur. feud. Ienich.* vol. III. p. 911. sqq. Praestantissimus ESTOR in *analectis Fuld.* sect. I. §. 9, SCHILTER de *feudis Francicis*. Iure enim Francico filiae certo respectu successionis feudalis capaces sunt, ut infra monstraturus sum.

(e) RECESSVS IMP. 1654. §. 105. ORD. IVD. AVL. IMP. tit. I. §. 15. B. BOEHMER c. d. §. XI. p. 45. §. XII.

p. 47. cap. IV. §. 4. p. 87. §. VI. p. 91.

(f) SPENER de *maeuis feud. iurispr. hist.* §. III. et §. VII. Vnde sequitur, ius Langobardicum in feudis Germaniae pro regula assumi non posse. In Saxonia igitur et multis aliis regionibus Germaniae, etiam quibusdam ecclesiasticis terris, feuda quidem masculina propria haberi solent; sed hoc pro vniuersali norma et de omnibus ditionibus Germaniae dici nequit, eamque ob causam in proprietate et improprietate explicanda considerandae sunt singulares regionum et curiarum consuetudines, nec non litterae beneficiariae, SPENER I. c. §. VII. not. (k).



ad quas primum respiciendum est (g). Ignotum quidem non est, in variis Germaniae terris, etiam ecclesiasticis (h), illam antiquiorem exemplo allodialis introductam feudalis successione indolem immutatam esse, vel penitus ignorari; sed si hanc rem omnibus vestigiis indagaturi sumus, deprehendemus, partim ei nimium iuris Langobardici amorem ansam praebuisse, partim alias circumstantias in causa esse. Interea exempla allodiorum imperii, feudorum regalium (i) et nobilium femineorum, legibus, moribus et pacto talium, etiam per feminas masculis adquiretorum, fatis cognita sunt. Nominare liceat Austriacas terras (k), cum Bohemiae regno et reliquis ditionibus augustissimae familiae Austriacae, Brunsvicensis, Iuliacensis, Cluenses, Montenses, Zutphanenses, Hassiacas, ante feudi oblationem

## F 2

(g) Litterae investiturae aut contra mores regionis aliquid expresse statuunt, aut nihil constituunt. Priori casu secundum eas est procedendum; in hoc autem casu secundum imores ditionis curiae interpretatio est facienda, HENR. a ROSENTHAL in *consilio feud. in causa heredum Hürst contra Cölln*, in *collect. frumstab* schleußt niemand aus, in primaratione decidendi, num. 2, 4, fol. 14, GE. HENR. LINCK in *respons.* 215, num. 12, p. 932.

(h) B. BOEHMER c. d. cap. IV. §. VIII. p. 97.

(i) Vid. viri ob conspicua merita in vtramque rempublicam maximopere venerandi IO. GEORGI ESTORIS *litteratissima elect. iuris publici Hassiac.* cap. XIII, perill. HENR. CHR. ST. L. B. de SENCKENBERG *comm. de successione filiarum in regnis et principatibus*, B. G. STRUVII *iurisprud.*

*her.* vol. VII. cap. IV. sect. II. IV, celeb. I. I. MOSERI *reichshofraths-proceß* P. III. cap. 3 §. 19. sqq. *Bestgegründete rechtliche ausführung*, daß das gräfl. Limburgische lehnsgut Adelmansfeld nach abgang des von Dohensteinischen mannsstams, gräfl. Limburgischen frauen allodial. erbinnen, als der lehnherrschafft erlediget und heimgefallen 2c. 2c. in beßlagen 2c. ill. CAR. FRID. SCHOEPPHII *commentatio varia praestabilique doctrina referta de feudis Germaniae gentilitiis quibuscumque.* ITTER *de feudis imperii* cap. XIV. §. 13. sq. p. 721. sqq.

(k) Eximia privilegia augustissimae profapiae Austriacae a Friderico I. imp. ceterisque imperatoribus largita, inter omnes constant. De successione feudali nobilium feminarum in Austria notatu dignum est privilegium Maximiliani II. de a. MDCLXVIII. apud LYNIG



tionem cum annexis regionibus (l), Montisferratenses (m), Mompelgardenses, Rietbergenses (n), Rochefortenses, Leiningenses (o), Koenigsteinenses (p), Reckheimenses, Sulzenenses (q), Saynenses et multas alias. Et quanquam feuda castrensis, burggraviatus, aduocatae, aliorumque ministerialium, vassallos masculini generis requirere censeantur; nihilominus multa exempla in promptu sunt, ex quibus liquet, ea feminis etiam collata fuisse. Etenim burggraviatus Norimbergensis a Rudolpho I. imp. a. clocclxxiii. Friderico, burggrauio Norimbergensi, eius coniugi et filiabus adscriptus fuit (r). Sunt deinde feuda nobilia aduocatae (s), et castrensis non pauca, quae deficientibus masculis feminas admittunt (t). Ad feuda officialium

LVNIG in *corp. iur. feud.* T. II. p. 410. et T. III. p. 582. sqq.

(l) Hassiam et Thuringiam antiquiori aeuo per feminas sextum translata esse, annales testantur. Comitatus Cattimelibocensis, Lichtenbergensis, Hanouiensis, femineae successio- nis ignari non sunt. Castrum Babenhulauum ab Ulrico, dynasta imperii Hanoico, Carolo IV. imp. et regi Bohemiae in feudum a. clocclxxii. oblatum, etiam feminis est concessum.

(m) Cael. SCHMAVSS in *corp. iur. gent. acad.* p. 484.

(n) LVNIG in *specul. sacc.* P. II. p. 960. et in *corp. iur. feud.* T. II. p. 1721.

(o) *Summarischer begriff des rechtsstreits in sachen Leiningen Wesserburg etc.*

(p) LVNIG *corp. iur. feud.* T. I. p. 1126.

(q) STRUVII *iurispr. her.* vol. VII. cap. IV. sect. III. §. 5. p. 425.

(r) *Begründete nachrichten von den erbärmern des fürstenthums burggrasthums Württemberg etc.* p. 83.

(s) PHILIPP FERD. IOANN. de MVNDOLZHEIM in *diff. de feudo aduocatae*, cap. IV. §. 3. celeb. KAHL de *variis constituendi feudis aduocatae modis* §. XV. p. 146. sqq. Abbas Haecmundensis Henricus a. clocclxxvi. Guilielmo de Egmunda, militi, cuncta bona sua feudalia et aduocatae ecclesiae sub hac forma contulit: *quod si idem Guilielmus sine filio legitimo decesserit, filia sua maior nam aduocatae cum toto feudo recipiat.* Vid. *antiquales Egmundum*, p. 43. De aduocata Heddernheimensi, extinctis Eppsteimensibus per feminas ad comites Stollbergenses translata, supra actum est. LVNIG in *corp. iur. feud.* T. I. p. 1126. et p. 1395.

(t) *Spektatissimus ESTOR in insignibus analesis Kuldensibus*, sect. I. §. III.



cialium aequae feminae disperse adhibentur (u). Praetermissa electorali dignitate, qua regnum Bohemiae gaudet, et quae ad feminas iure hereditario transit, ad alia exempla progredior. Conradus II. episcopus Eichstadenensis a. 1084. in Geysericum ab Ottingen, militem et castellanum suum eiusque heredes officium *cautarii* (x) ita contulit, *ut si forsitan nullum ex heredibus masculinum superesse contigerit, episcopus unam filiam, quam voluerit, de huiusmodi inuestiat officio, quae aptum et idoneum tenebitur ducere in matrimonium* (y). De feudo loricae asserit THOMAS CRAIGVS (z), illud ad filias deuolui posse, quamuis eius possessores alioquin solitis armis seruitia equestris praestare teneantur. Feuda nobilia ducatus Lucemburgici, Westphalici, Iuliacensis, Cliuensis (a), Marcana, Osnabrugensis, Belgica, Zutphanensis, horumque more concessa (b),

F 3

Lim-

§ III. et V, etifest, II. obf. XI, XV, XVI. in *auserlesenen Fleinen Schriften*, T. I. p. 232. B. WALDSCHMIDT de *feudis castrensis* § XIII, HERT de *feudis obliuis* P. I. § XVI. De feudo palatino masculino a Ruperto, electore Palatino a. 1084. in promiscuum conuerso, vid. de GVDENVVS in *cod. dipl.* T. II, P. II. p. 1200.

(u) THVMERMVTH I. c. *quaesb.* II. in *prim. fun. lam. archiep.* num. 77, p. 13, *fund. 3. par. cur.* num. 51. *fund. 5.* num. 305. sqq. add. KRESS in *diff. prooem. ad Thummermuth.* § LXVII. § LXVIII. sqq.

(x) *Cautarius* procul dubio a vocabulo medii aevi *cautum* deriuandus erit, quae vox *fiscum* denotat, unde *cautarius* idem erit ac *custos fisci, camerarius*, Du FRESNE in *glossario ad scriptores med. et infim. latin.* T. I. p. 1006. *Cautare, incautare* etiam signi-

ficat *defendere, protegere*. Alioquin hoc verbum etiam a cauda, famulitium, obsequium, deduci possit, unde *caudarii, die schweifsträger der cardinale, re. cogniti* sunt.

(y) Vir litteratissimus HENR. GOTTL. FRANK litteras clientelares adiecit STISSERI *jagd- und forstgeschichte der Teutschen*, in *adp. lit. TT.* p. 92.

(z) in *iure feud.* lib. I. tit. XI. § 18.

(a) THVMERMVTH I. c. *quaesb.* II. *secund. fund. archiepiscop.* num. 13, 14, num. 40-63, num. 75-81, 88. n. 93, 94. p. 18. p. 25. sqq. KRESS I. c. in *behlagen* num. IX-XII, HENRICI ROSENTHALII *consilium feudale in causa heredum Birt contra Eölln*, in *rat. decid.* I. num. 6, 7, p. 14.

(b) RHETIVS in *diff. de feudis Cliuens.*



Limburgica, Lotharingica, Geldrica, Montfortensia (c), Silesiaca (d), Dano-Noruagica (e) et multa alia femineae successione iura habere dicuntur. De feudis Cliuensibus, Zutphanensibus et adiacentium territoriorum, quaedam ex RHETIO (f) additurus sum. Perhibentur, ait, feuda nuncupata *Clevische lehne*, *lehne tot Clevischen lehn-rechten*, *Clevische manneleben*, *Clevische lehne wie die gelegen*, *Clevische sunffmarkslehne*, *Clevische powdige lehne*, *Clevische burglehne*, *Clevische dienstmannslehne*, *Clevische rittescheidslehne*, *lehne tho Zutphenschen rechten*. Vnde harum consuetudinum in vna curia tanta diuersitas sit, mirari posses. Sed sequentes ob rationes id contigit probabile est; pleraque Cliuensis et adiacentium territoriorum feuda oblata sunt, non data. - - Cum itaque Cliuensi ducatu aliquot territoria, diuersis consuetudinibus imbuta sunt, vti ex diuersis Belgii prouinciis patet, quisque, qui praedium, domum, agros, fundos cet. offerebat alicui curiae domino in feudum vicissim recipiendos, pro modo beneplaciti sui, conditionem et modum rei suae, quo eam imbui desiderabat, imponi rogabat dominum. - - Alias sicuti in Italia leges Romanae Langabardis tempore Lotharii, Ludouici Pii filii; sic ius Francorum postea opponebatur Saxonico. Francicum, tractum Rheni cum Belgico respiciebat; - - in Francici iuris territorio degens regulariter eo iure censebatur; contra iuris Saxonici partes inhabitans, iuxta illud non aliud in controuersis causis fortiebatur forum. Huius iuris Francici vigore de feudis, tanquam de allodialibus dispo-

*Cliuens. et Zutphan. more concessis*, SAN. DE ad *consuet. Geldr.* tit. III. cap. I. §. 6. n. 29.

(c) THVMERMVTH I, c. num. §4. 55. p. 26.

(d) STRYK cit. diss.

(e) Celeb. BVDER cit. diss. §. XXV. et XLVI.

(f) De *feudis Cliuensium vel Zutphanensium more concessis* sect. I, n. 14. lqq.



disponere fas erat, in iisque tam feminae, quam mares succedebant, sexus tamen et aetatis habita praerogatiua. - Remanet itaque generaliter integrum istum tractum cum adiacentibus, in feudorum successione ius Francorum sequi, ubi consuetudo specialis vel inuestiturarum modi aut pacta aliud non statuunt. - Quibus iuris Francorum intuitu positus, in ditionibus hisce istud in feudorum successione perpetuo vel ab immemoriali tempore obtinuisse; haud ex vero sensisse eos oportet, qui statuerunt Ioannis parentis et filii Cliuiaie ducum ac Marcae comitum priuilegio demum anno 1010. lato, filias ac feminas ad feudorum Cliuensium et Marcanorum successionem fuisse admissos, quod sensisse videtur FRID. a SANDE (g). Nam quamuis in priuilegio dicto filias ac feminas ad eadem quoque admittendas esse statuatur, et quidem verbis: *forwol op den dochtern als op den sohnen*. Non tamen inde inferre est, id demum priuilegiis dictis esse sancitum, sed confirmatum, prout etiam verba expressa ab eodem a Sande d. loco recitata se habent: *confirmiren und bestätigen vor uns unsern erven cer.* Nec obstat, quod forte obiici posset, inibi quoque haberi verba: *wy hebben gegeven und geven*. Non raro, enim, principes in dispositionibus vel etiam recessibus aut legibus loquuntur ac si ipsi eas tulissent, quum tamen ab antecessoribus iam latas tantum confirmauerint. - Quod nobiscum sentit FELTMANN (h), expresse asserens, si res curatius consideraretur, dictorum ducum Cliuensium priuilegium haud noue feminis successionem tribuisse, sed renouasse saltem et diu ante eandem iam obtinuisse successionem. - Nec obest, quod formula *tho Clevischen mannebn* videatur solum mares admittere non

(g) in *consuetudines Geldr.* tr. I, tit. III, cap. I, §. 8. num. 6.

(h) de *iure in re et ad rem* cap. XVI. num. 24. et 25.





non feminas; id enim procederet, si feudum hoc absolute et ex consuetudine Langobardorum consideraretur. Quum vero consuetudo harum prouinciarum et Francorum ius, quod ab immemoriali penitus tempore sequutae sunt, generaliter feminas, deficientibus masculis, admittat, formula quoque haec de substrata materia intelligenda, et pro consuetudine generali locorum accipienda. - - Idcirco quando feuda in curia Cliuensi concessa sunt, Clevische lehne, lehn tho Clevischen lehnrechten, Clevische mann-lehen, Clevische lehne, wie die gelegen, eiusdem conditionis quoad successionem reputantur. Nec alius conditionis sunt Clevische fünf marks lehne, Clevische pondige lehne, Clevische dienstmannslehne, Clevische rittscheidslehne. - - Sunt etiam feuda, quae vocantur sattellehne et formulis sequentibus conferri solent, ten sattellehns-rechten, tot sadelschen lehnrechte, tot een Sadelgoods rechten. Tot Sadelgohts lehnrechten, vel etiam tot Zutphenschen sattel-lehnsrechte, vel tod een sadellehn tot Zutphenschen rechten. - - Et licet vsus doceat sadel, oder sattellehngüter in feminas non cadere regulariter, in locis vero iis, ubi generali consuetudine feminae ad successionem vocantur, ideo a successione non arcentur, quod feudum concessum sit *tot ene sadelgoet* per iura supra dicta, nisi ex aliis circumstantiis aliud statutum esse appareret. - - In Zutphanensibus, vel quae more Zutphanensium sunt concessa, sola propinquitate gradus nullo respectu, an a primo acquirentis sanguine descendat, qui succedere cupit, an non, admittitur. Quod quidem cum Flandricis, Brabanticis, Geldricis, Montforticis, Traiectensibus ceteris commune habent, ut propinqui lineae maternae, si ultimo defuncto gradu propiores sint, in feudis paternis admittantur, et vicissim propinqui paternae in maternis feudis succedant.



cedant. - - Ipsam Zutphanici iuris indolem quod attinet, multum a ceteris praesertim successionis intuitu peculiare habet, quod maximam recensimus: praeterquam quod supra iam adductum, solius propinquitatis gradus inter collaterales habetur ratio, non lineae; in descendantibus, quorum haec potior ratio, si eiusdem gradus sint, non omnes admittuntur simul, sed primo sexus, deinde inter eiusdem sexus liberos, aetatis habetur ratio, ut siue filius, siue filiis deficientibus, filia maior natu in feudum succedat, iuniores tamen fratres vel sorores in trientem feudi admittuntur, ita tamen, ut maiori natu integrum sit, trientem redimere, et iustum pro eo pretium reddere iunioribus - - In aestimatione vero huius trientis ineunda, maior natu nihil habet praecipui, sed domus principalis et omnia feudis cohaerentia imputantur. - - In plerisque cum Cliuensibus vel more Cliuentium concessis feudis Marcana feuda conueniunt, laudemii tantummodo pro renouatione inuestiturae soluendi intuitu differre videntur. Cliuiaca enim, duplo maiore pretio redimi perhibentur, quam Marcana. - - Imo in Cliuensi curia adhuc conferuntur feuda, quae dicuntur *ledige lebne*, *lebne mit lediger schlippen*, quae nihil aliud sunt, quam feuda a laudemio immunia (i). Tantum RHETIVS. Feminae etiam crebro feuda acquirere valent (k), quamuis de acquisitione ad successionem non semper concludi queat. Interea ex his satis patet, feuda nobilia feminea moribus Germanorum antiquis non aduersa esse, dummodo feminae a nobilibus legitime oriundae sint,

(i) FELTMANN l. c. cap. XVI, n. 10.

(k) De Pomerania Suecica hoc testatur ab ENGELBRECHT in *observat. select. for. specim.* II, obs. 46, 47.



sint (l), et quamuis IVS FEVDALE ALEMANNICVM (m) et SAXONICVM fanciat, clericos et mulieres non esse capaces iuris et dignitatis feudalis, illud tamen procul dubio de plebeiis intelligendum erit (n). Nec facile curia quaedam feudalis erit, quae non habet aliud atque aliud feudum femineae successione capax, quamuis reliqua eiusdem beneficia masculina sint. Quando igitur feminae legibus, moribus, pactis, aliisue modis successione feudalis capaces sunt, tunc iis etiam ius succedendi in feuda censualia competit, et eiusmodi feuda feminea habenda esse censetur.

### §. XIII.

#### FEVDA CENSVALIA IVRE SAXONICO HODIERNO IN DVBIO MASCVLINA SVNT HABENDA.

In Saxonia feuda masculina propria habentur (§. XII. lit. (n)), quamobrem feminis ibidem in feuda nulla successio adscribitur, nisi illa pactis, aliisue modis sigillatim iis indulta est. Etenim masculorum successio, remotis feminis, ibidem ad naturalia feudorum refertur, quae beneficiis tamdiu inesse praesumuntur, donec contrarium probatur, ideoque feuda censualia, uti alia feuda vera (o), in dubio masculina existimanda erunt (p). Et quamuis feudum masculinum antea servitiis obnoxium in censuale perpetuum mutetur, eamque ob causam improprium euadat,

(l) AVCTOR VETVS de beneficiis. cap. I. §. 4, 5, 7. IVS FEVDAL. ALEMANN. cap. III. IVS FEVD. SAX. cap. II. pr. SPENER de macis feud. iurispr. hisb. in thes. iur. feud. Ienich. T. I. p. 105. et p. 436. ITTER de feud. imp. §. XIV. §. 17.

(m) cap. I. §. 4.

(n) SCHILTER in cod. iur. feud. Alem. ad cap. III. §. 1, p. 141.

(o) MYNSINGER obs. II. cent. IV. GYLLMANN T. IV. P. I. vot. IX. num. 7. sqq.

(p) De BERGER in elect. discip. for. tit. XL. §. 21. GOTTF. LVD. MENCKEN in diff. de praesumptione feud. mascul. §. XVI.



dat, in reliquis tamen naturalia feudi retinet (q), cum qualitas rei, quae ab initio fuit, semper mansisse praesumatur (r), donec tollitur. Nam a remissione vnus, quod naturale feudi constituit, ad plura, aut omnia naturalia remissa argumentari non licet. Hisce argumentis in medium prolatis fretus ordo iurisconsultorum Marburgensium superiorijanno in causa N. N. contra N. N. in puncto feudi: *eines reitlebens* (s) in censuale mutati eodem modo sententiam dixit.

G 2

(q) De LVDEWIG in diff. de *clerico exule successione in feudo* cet. cap. IV. §. 1, 4, p. 50. HERT decif. 97. num. 4. vol. II. CHRISTIAN. THOMASIVS de *feudis oblatiis* cap. I. §. 44. §. 45. p. 40. sq. cel. MOELLER l. c. cap. II. dist. I. p. 29. et cap. III. dist. I. p. 38. sq. VULTEIVS l. c. lib. I. cap. IX. num. 59. p. 344. sqq. LINK resp. 67. num. 4. p. 302.

(r) III. IO. AVG. HELLFELD in cap. IV. sect. IV. §. II. *iurisprud. her. Seruu.* vol. VII. p. 433. KOEPEN *deca.* l. enucl. IX. num. 12-15. Quod si vero feudum antea fuit femininum, quamvis ad aliam familiam transferatur, nihilominus manet femininum.

(s) Feuda *mann-* et *reitleben*, *reitleben* dicta, in hoc casu secundum etymologiam vocis eadem habenda sunt, siquidem equitare, *reiten*, in iure clientelari expeditionem militarem et bellicam denotat, SCHILTER in *cod. iur. feud. Alem.* ad cap. CLI. §. 4. p. 312. et in *glossar. Alem.* IO. GE. WACHTER in *glossario German.* sub voce: *reite*, *reiten*, col. 1274. sq. Inde colligitur, *reitleben*, *reitleben* eodem modo ac *Satelleben* feuda esse masculina, quae equo instructo, sine

seruitiis feudalis domino adstricta sunt, celeb. STRVBEN in *observat. iur. et hist. Germ.* obs. X. §. 1, 2. p. 279. WEHNER in *observat. pract.* sub v. *reitleben* secundum mores Franconiae ea feuda describit per feuda masculina *antfalsche* in Franconia, cum obligatione *auf den halt reiten*; cum hoc quodammodo conuenit IO. FRID. SCHANNAT in *clientela Fuldenst.* cap. III. §. III. num. 5. p. 21, qui de hac re sequentia verba facit: *feudum reitleben dictum, ob bellicam expeditionem, quam etymologicè designat, institutum videtur, obligabatque vasallum in praestationem equi instructi, quo is sub ductu domini sui aut certe praefectorum, hostiles incursionibus, si quae erupissent, celerius ac facilius occurrere posset.* IO. GVIL. de GOEBEL de *singularibus* quibusdam *praediis rusticorum* cet. sect. III. §. VII. p. 63. SCHILTER quidem in *cod. iur. feud. Alemann.* p. 312. nor. (b) existimat, *reitleben* esse speciem feudi palatii siue curiae; sed nullam sententiam addit rationem. Interea persuasum habeo, eiusmodi feuda olim praefertim a nobilibus possessa et adhuc hodie cum singularibus immunitatibus possideri. vti ex SCHILTERO l. c. p. 311. patet



dixit. Cum enim feudum illud antea masculis tantum concessum fuisset, testantibus litteris clientelaribus, nec non curiae feudalis

tet, vbi Bechtoldo, episcopo Argentoratensi, Guilielmus Beger, eques, designationem feudi sui dedit et sequentibus vsus est verbis: *und ist das reitleben IX. akeri reben* cet. Sed forsitan discrimen quoddam admittendum erit inter feuda: *reitleben* dicta, et *reitboese*, quae in Franconia praecipue cognita sunt, vti §. V. in fine ex litteris clientelaribus ab illustri regimine Meiningensi Deubelii datis ante oculos positum est, adeo, vt illa feuda nobilia et praedia, prouti *sattelheben*, *sattelboese*, *welche die eigenthümer mit adlicher freiheit bewohnen*, de quibus euoluendus est eruditissimus STRVBEN l. c. celeb. *de BVRI* l. c. p. 1218. *continuatio Besold.* obseruat. *praef. V. sattelheben*, litteratissimus RICCIUS in *Spicilegio iuris Germanici* p. 727-730; haec vero plerumque a plebeiis possideantur, qui equis instructis v. g. *heer-lehn-arsillerie* cet. *pferden*, exemplo possessorum praediorum feudaliū, quae *Klepperleben*, *Klepperstze* nuncupantur, illa merere obstricti sunt, de quibus B. de LVDEWIG in *iure feudorum*, cap. VII. §. 10. p. 416. et in *gelehrten anzeigen* de a. 1734. T. I. p. 829. sq. in *thes. iur. feud. lenich.* T. II. p. 919. sq. et WEHNER l. c. Egregia exempla equorum: *heerpfers* dictorum exhibet V. S. R. ab HONTHEIM in *hist. diplom. Treuir.* T. I. p. 668. Sed mihi persuadere nequeo dicta praedia a voce *reitshoff* nomen suum obtinuissē, prouti V. C. CHRISTIAN. FERD. HARPPRECHT in

laudata dissertatione §. XVI. not. 9. p. 67. autumare videtur. Verba eius sequentia sunt: *reitleben vnde nomen habeant, es annon confirmet id, quod de verbo reitshoff coniecturauit GVNDLING in Gundlingian. P. X. p. 508, zung. WACHTER in gloss. v. reitshoff, quibus tamen se opposuit GRVPEIN in vxore Theodisca praef. §. 2. et tract. ipsa p. 21. incertum; saltem hodie ne scintilla quidem superest, e qua de ipsorum in aole iudicari tuto possit: si quid autem coniecturis dandum esset, existimarem in dicta fuisse, quoniam ipsorum possessores forsitan equitantes, velut nuntiorum postarum nostrarum loco, ad operas adstricti fuerint, et videntur esse illis, quae alias Klepperleben dicuntur. His addi possunt, quae RHETIVS de feudis Clientelibus, sect. I. num. 61. sq. de feudis *sattelheben* et LVNIG in *corp. iur. feud.* T. III. p. 815. num. 118. p. 645. de clausula: *vos Zütpfenschen sattelslehn-rechte*, et spectatissimus ESTOR de feudo quodam, Grebenhof dicto, quod olim liberum equum praestare debuit, in *kleinen scharften*, T. I. p. 234. memoriae prodiderunt. Ab his feudis differt praebenda equestris, *reitpfründe*, de quo B. FRID. GOTTL. STRUV in *diff. de praebenda equestri*, thes. X. p. 13, 14. legi meretur. De aliis equis, v. g. *Schöppengüterpfersden*, welche der gerichtsobrigkeit anheim fallen, hergeräthsperden &c. &c. egie V. C. IO. GOTTLÖB KLINGER in *sammlungen zum dorf und bauern rechte*, vol. II.*



feudalis sententiis (t), atque anteriores illius possessores feruitia feudalia praestitissent; postea vero dominus directus illud beneficium consensu vasalli in censuale et tributarium mutauisset; vltimi defuncti cognatae adstruebant, sibi successionem in dictum feudum competere, iis ex causis, quod (I) feudum naturam priorem amisisset, cum et census et tributa de illo secundum recentiores litteras clientelares ferenda essent, vnde colligendum sit, eiusdem qualitatem non aliam, quam reliquorum praediorum rusticorum esse, in quibus successio feminea obtineret, quandoquidem bona oneribus subiecta et in catastrum redacta, siue relata, magis praesumerentur emphyteuticaria, quam feudalia (u); praeterea iure Germanico tam in bonis emphyteuticis, quam censiticis inuestitura adhiberetur, et laudemia recognitionis gratia soluerentur (x). (II) Quod in litteris clientelariis possessoribus facultas disponendi de eo praedio relicta fuerit, quae naturae feudorum repugnaret, quamobrem ex hoc animaduertendum sit, feudum in allodium mutatum esse, ideoque feminas illud iure hereditario sibi vindicare posse. His addebant, (III) ad rem nihil interesse, quod feudum illud *zu rechten mannelehn* datum sit, cum in eiusmodi feudis etiam feminae succedere queant (y). Prudentioribus enim persuasum esse, vocem *mann* in iure

G 3

clien-

(t) De LYNKER *decis.* 86. num. 17. p. 320. vol. 2. KOEPPEN *dec. l. enucleat.* 9. num. 32.

(u) BOEHMER in *consultat.* T. I. p. II. resp. 150. num. 11, 12, 13, 32. COLER in *consil.* V. num. 7. p. 49. KOEPPEN l. c. *decis.* l. *enucl.* IX. num. 9. GE. HENR. LINCK in *respons.* 67. num. 3. p. 301. BERLICH P. III. *decis.* 368. num. 17.

(x) BOEHMER l. c. num. 14, 15.

et T. III. P. II. resp. 170. num. II. p. 293.

(y) SCHILTER l. c. ad cap. 67. §. 3. p. 261. §. 3. et in *gloss.* T. III. *ibid.* *antiq. Germ.* p. 563. MOELLER l. c. p. 121. ibiq. allegati auctores; IO. LEONHARD FRISCH in *Teutschen wörterbuche* P. II. p. 639. HERT de *feudis oblati* P. II. §. 40. FLEISCHER in *der einleitung zum geistlichen rechte*, lib. II, cap. XXVI. §. 22. p. 613. 199.



clientelari denotare vafallum (z), vnde *mannlehn* idem ac feudum rectum, *vasallenlehn*, significare, cuius respectu feruitia militaria facienda essent (a). Verum enim vero certi iuris est, qualitatem, quae alicui rei ab initio inest, semper manere et inesse praesumi, quamdiu contrarium non apparet, et nitens in quadam qualitate lege pactoue non concessa, fidem non meretur, nisi eam prober. Sed in dictis litteris clientelaribus recentioribus ne verbum quidem exstabat, ex quibus euinci poterat, dominum directum illud beneficium in allodium, multo minus in feudum femineum mutasse. Vnde concludendum erat: praedium illud beneficiarium, vti antea fuerat feudum, adhuc clientelare esse, in quo vigore concessionis et subsecutae inuestiturae, nulli alii heredes, quam masculi succedere possent. Nec census et collectae clientelari nexui hodie, teste experientia, penitus repugnant, cum consuetudine, praescriptione, et pacto introduci possint, quandoque etiam extraordinem ob casum summae et publicae necessitatis exiguntur. Sunt igitur feuda tributaria et censualia: steuerbare - zinsbare lehen, quae partim antea pensionibus subiecta, atque in feuda oblata siue data fuere censualia. Interim haec feuda seruant essentiam clientelarum et manent beneficia, quamuis pensionibus sint obnoxia (b), nec diiudicanda sunt

(z) WACHTER l. c. col. 1037. lqq.

(a) perill, ESTOR in *analect. Fuld.* p. 24. in KVCHENBECKERI *analectis Hass.* P. II, p. 152. in *kleinen Schriften* P. II, p. 214. HVLDT. ab EYBEN in *electis feud.* cap. IX. §. 5 p. 606. GE. MELCH. de LVDOLF T. III. *Symphor. cam. decis.* VII. p. 18. L. B. de SENCKENBERG l. c. in adp.

num. 13. NIC. CHRISTOPH L. B. de LYNKER resp. 180. num. 4. p. 927. vol. I. de GVDENVS T. II. *cod. dipl.* p. 1131. B. KOPP de *insigni diff. inter comites et nob. imm.* in *suppl.* p. 413. SCHANNAT in *probation. clientelae Fuld. benef.* num. 222. p. 280.

(b) RHETIVS de *censu fundo cohaerente*, cap. I. §. 23, 30, 37. SCHILTER l. c. ad cap. 109. §. I. STRUV



funt ex natura bonorum emphyteuticorum (c), neque conventio de censu ferendo inita temere erit reiicienda, sed partes contractui ac placito, quod sibi semel legerunt, iure meritoque inhaerebunt. Deinde facultas alienandi in recentioribus litteris clientelaribus indulta, non tollit essentiam feudi, cum illam, ut et potestatem per ultimam voluntatem de feudo, consentiente domino, disponendi, iura minime improbent, si de solius domini damno agatur. Tandem ingenue quidem profiteor, egoque ipsemet experiens quotidie probo, plura feuda sub dicta clausula: *zu rechten mannelehen* concessa extare, in quibus feminae successione gaudent; attamen aliud dicendum erit, quando litterae beneficiariae expresse masculos tantum feudorum successores nominant, neque leges, nec pacta feminis indulgent, quo casu feminae exclusae habentur (d). Nec tacitus praeterire possum, in recentioribus instrumentis inuestiturae feudum per clausulam: *zu einem rechten mannelehen* datum, modo regulari ad solos masculos spectans haberi (e), nisi mores regionis, siue curiae feudalis, vsu probati feminis faueant. His accedit, quod litterae clientelares stricti iuris esse existimentur, nec facile ultra verba extendenda sint (f). Itaque ex mea sententia iure Saxonico et Langobardico feuda censualia in dubio masculina habeo, nec

textus

n *Synagm. iur. feud.* cap. XI. aph. §. n. 116. CARPZOV P. II. *consil.* 28. def. 19. num. 15. VULTEIVS de *feud. diss.* cap. IX. num. 59. lib. I. p. 344. BESOLD P. VI. *consil.* CCLXXX. num. 50. p. 159.

(c) BOEHMER T. I. P. II. resp. 71. num. 13 p. 327. LINCK cit. resp. 67. num. 4. p. 302.

(d) HERT in *respons.* CVI. num. 3. resp. CLVI. num. 11, resp. CLXXV. num. 11.

(e) Perill. de SENCKENBERG in *primis lineis iuris feudalis* §. 297. §. 332. HERT *resp.* CVI. num. 1. §. resp. DXXXVIII. num. 3. MICH. HENR. GRIBNER de *feudis imperia masculinis, non femininis*, §. XIII. B. G. STRUV in *elementis iur. feud.* cap. IX. §. CCXIII. HENR. a COCCCELL in *hypomnem. iur. feud.* tit. III. §. 39. p. 41. De LVDEWIG de *iuribus feud.* (f) DAVID MEVIVS in *consil. posthum.* *consil.* XC. num. 65. p. 259



textus II. F. 104. ad rem aliquid facit, cum sit capitulum extraordinarium, quod vi probandi in curia destituitur, neque a glossa agnoscitur (g), nec dicam, quod alii illi textui opponunt.

#### §. XIV.

### FEVDA CENSVALIA IVRE ALEMANNICO HABENTVR FEMINEA.

Feuda feminea moribus Germanorum aduersa non sunt (§. XII.). Hoc praesertim respectu feudorum censualium patet ex moribus Alemannorum (h) et quidem sequentibus verbis: *zinsleben haben mit recht die pfaffen und fraven (i) und darzu allerhand lant, die es gehalten mügent vnd die auch mit recht ligende gut sullent haben.* Hunc autem locum secundum consuetudines Germanorum antiquas de clericis et feminis equestri generis intelligendum esse, docuit SCHILTER (k). Nam plebeii regulari modo iure

(g) Celeb. MOELLER l. c. cap. I. dist. III. p. 13, cap. XV. *dist.* V. p. 318. sqq.

(h) CODEX IVRIS ALEMANN. cap. CXXVII. §. 4. edit. Berger, p. 487.

(i) IVS FEVD. ALEMANN. cap. III. §. 1, 2, 4, vbi verba sunt: *pariter si femina feudum habet a domino, EODEM IVRE VTITVR, QVO CLERICVS. IVS FEVDALE ALEMANNICVM ex moribus Bavariae cap. III.* Inde colligunt multi iurisperiti, in successione feudorum feminam et clericum equestri generis eodem et pari iure haberi, ita, vt vbi femina succedere possit, etiam clericus admittatur, *de LVDOLF symph.* vol. II. dec. I. p. 81, *BERLICH concl. pract.* P. III. *concl.* 39.

num. 31, hancque ob causam multi eruditi adstruunt, clericos in feudis censualibus succedere posse, cum ipsis dignitas clericalis non obstat, quo minus censum praesentent, *SCHRADER de feudis P. VII. cap. 5. num. 30, VULTEIVS de feudis. cap. IX. num. 67, de ROSENTHAL l. c. cap. VII. concl. 30. num. 23. aliq.* Sed *de LVDOWIG* in *dist. de clerico exule successione in feudis* cer. cap. IV. §. 1, 4. p. 50, illud in dubium vocat, quoniam a seruitiis personalibus remissis ad exclusionem reliquorum feudi naturalium argumentari non liceat. Ego vero hanc litem respectu clericorum meam non facio, sed mihi res est cum feminis.



iure beneficiario carentes existimati fuere (1), quamobrem in IVRE ALEMANNICO (m) passim et alijs Germanorum moribus verba occurrunt: *siquidem ambo sint originis equestris*, cet. Sed obiiciat quis, ius feudale Alemannicum eiusque collectionem publica auctoritate non niti, eamque ob causam nulla fide dignam esse. Verum enimvero, quamvis concedere debeam, illam collectionem priuata auctoritate compilatam esse; attamen omnis fides illi detrahi nequit, praecipue cum consuetudinum, quoad hanc materiam, in ea obuenientium obseruantia, et vsus in Germania superiore ostendi queat. Hoc autem patet non solum ex praecudicijs supremi iudicii camerae imperialis, teste GALL (n), quamuis eius rationes adiectae iuri clientelari plane aduersae et futiles esse videantur (o), verum etiam ex alijs Germaniae consuetudinibus, quibus feminae ad feudalem successionem desi-

(k) in *cod. iur. feud. Alem.* ad cap. III. §. I. p. 141.

(1) IVS FEVD. ALEM. cap. I. §. 4, IVS FEVD. SAX. §. II. BROWER lib. VI. *annal. Treuir.* ad a. 1276.

(m) cap. III. §. I.

(n) Lib. II. obs. 159. num. 5. p. 629, *De LVDOLF* l. c. vol. II. dec. I. p. 81. GYLLMANN l. c.

(o) Nam rem in feudum pro annuo censu receptam amittere propriam feudi naturam et ad extraneos heredes transire putat, cum illo casu ad locationis naturam accedat; VULTEIVS in *consilijs Marburgensibus*, *consil.* XI. num. 67. vol. IV. SAMVEL STRYCK in *causelis testamentorum*, cap. VI. membr. II. §. XV, cum tamen cognitum atque perspectum sit, feudum, quamuis annuo canone solvendo obligatum et devinctum sit,

feudum nihilominus manere, etsi improprium sit, II. F. 48. GYLLMANN l. c. T. II. P. I. vor. 36. num. 21. p. 173, STRUV in *Synagm. iur. feud.* cap. IV. aph. X. p. 125. Neque de feudo censuali vasallus testari, VULTEIVS in *consilijs Marburgensibus*, *consil.* XI. num. 92, vol. IV. atque illud ad heredes extraneos transferre potest, cum feuda primi adquirentis descendentibus dentur, STRYCK de *successione ab intestato* dist. V, cap. II. §. 4. pactis tamen, legibusque aliud constitui potest, V. C. MOELLER l. c. cap. XIV. dist. I. et II. p. 302. sq. cap. XVI. dist. II. p. 339. et dist. VIII. p. 358, BESOLD P. V. *consil.* 236. num. I. p. 178, SAMVEL STRYCK in *causelis testamentorum*, cap. VI, membr. II. §. I, II, sqq.

H



deficientibus masculis, vocantur, vti in antecedentibus monstratum est, et in sequentibus adhuc ostensurus sum, adeoque feuda censualia extra Saxoniam (p) feminea existimanda esse videtur, donec praesumptiones veritati cedere debent.

### §. XV.

#### IVRE FRANCICO FEMINAE CERTO RESPECTU SUCCESSIONIS FEVDALIS CAPACES SVNT.

Ius Francicum, seu ius Francorum (q), varii significatus est. Occurrit enim saepius dicendi formula: *iure Francorum possidere*, quae procul dubio idem significat, ac iure allodii, seu iure optimo maximo possidere, siue per eam libertas (r), immunitas a seruitiis atque praestationibus, indicatur. Neque ea formula solum in instrumentis terrarum iuris Francici, sed et in aliis deprehenditur. Hoc  
exinde

(p) Ius enim Alemannicum, quod etiam quandoque Franconicum, seu Francicum, nominatur, confer. IOANNIS MABILLONII *annales Benedictini*, succ. V. p. 278, GVNDLING in *protis pandectarum* p. 35. §. 31, iuri Saxónico oppositum fuit.

(q) De origine illius iuris Francorum, quo nimirum feminae, masculis non exstantibus, feudalis successionis capaces habentur, disceptant adhuc doctores. Alii per illud legem Salicam intelligunt. CONRING de *origine iuris Germanici*, cap. XX. p. m. 73, HOTTOMANN in *Franco-Gallia* cap. X. Alias opiniones recenset RHEFIVS in dissertatione de *feudis Cluensisibus*, sect. I. num. 32. Iqq. NICOL. HIERON. GVNDLING in *der erläuterung des historischen berichts von der graffschaft Neuf-*

*chotel und Valangin* §. XIII. p. 265. in satyrischen schriften, num. 4. originem dictae successionis femineae a temporibus Rudolphi, Conradi filii, deducit. Plura de hac materia inuenies penes virum summum, IOANNEM GEORGIVM ESTOREM in eruditissimis *analectis Fuldensibus*, sect. I. §. IX. not. (a) p. 34. SCHILTER in dissertatione de *feudis iuris Francici* §. V. illam feminarum successionem iuris Francici post tempora Carolina constituit. Sed legem illam Salicam ius Francorum nostrum esse non posse, ex sequentibus patebit.

(r) Vnde homo ingenuus et francus habentur synonyma, IOANNES NICOL. HERT in *notitia regni Francorum veteris*, cap. I. §. I. et cap. III. §. I.



exinde euenisse videtur, quod, prouti Italis ex constitutione Lotharii integrum relictum fuit, profiteri, qua lege viuere et iudicari velint; sic in Germania idem vsu contri-  
gisse videtur, et inde allodia, nec non feuda, secundum di-  
uersas concessionem et professiones, quo quisque iure teneri,  
vel iudicari velit, adquisita et possessa fuere, quidam etiam  
extra Francorum terras iure Francorum vixerint et bona  
sua eodem iure tenuerint. Patet hoc ex priuilegio Friderici  
I. imp. quod a. clocclxxx. monasterio Portensi concessit  
(s). Legitur eadem elocutio in priuilegio Henrici, Hafs-  
siae Landgrauii, Grunbergensi oppido indulto (t) et mul-  
tis aliis (u). Sed his missis, reuertor ad feuda iuris Fran-  
cici, quae etiam iuris Burgundici dicuntur (x), et ad suc-  
cessionem feminarum feudalem iure Francorum introdu-  
ctam. Feuda igitur iuris Francici habentur, in quibus  
masculi pariter ac feminae succedunt. Hoc quidem ex an-  
tiquis Francorum legibus, nimirum Salica (y), Ripuario-  
rum (z) elici nequit, cum illae leges de allodiis tantum,  
nequaquam de feudis loquantur; verum enim vero, si  
coniecturis aliquid consequi licet, idem censeo, quod su-  
pra (a) iam dixi, videlicet successionem clientelarem ex-  
emplo allodialis sensum penes Francos, feminis indulgentis-  
simos, in consuetudinem venisse, cum apud eos inoleuisset,

H 2

vt

(s) IVSTINI PERTVCHII *chro-  
nicon Portense*, cap. II. p. 36.

(t) HERT *de consultat. leg. et iud.*  
p. 325, vol. I. opusc. T. II.

(u) Vir laudibus meis maior,  
ESTOR in *analectis Fuldensibus*, sect.  
I. §. IX. p. 34. Diligentissimus RIC-  
CIVS im zuverlässigen entwürfe  
von stadrgesetzen, lib. I. cap. XIV.  
§. 24. p. 268, sqq. IOANNES FRI-

DERICVS SCHANNAT collect. I.  
*vindem. litterar.* p. 41.

(x) SCHILTER c. diff. §. IV, OT-  
TO FRISING. lib. II. cap. 9, PE-  
TRVS de VINEIS lib. VI. *epist.* 25.

(y) tit. LXII.

(z) tit. LVI. de *alodibus*, vbi ver-  
ba §. IV. sunt: *sed cum virilis sexus  
extiterit, femina in hereditatem aus-  
taticam non succedat.*

(a) §. XII.



vt feuda patrimoniorum instar possiderentur (b). Et ille mos intra Franciaes fines non substitit, sed aliis quoque populis placuit. Arrisit enim ea tam multis Germanis (c), praesertim in terris Rhenensibus iisque adiacentibus atque aliorum populis. De illis Germaniae populis, qui istis Francorum moribus acceperunt, quamvis non semper eo modo (d), testatur IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGER (e) et RHE-

TIVS

(b) ANTONII DADINI ALTESERRAE liber singularis de originibus feudorum pro moribus Galliae, cap. II, SCHILTERI cod. iur. feud. Aetern. adiectus, Celebratissimus ESTOR l. c. sect. I. §. 3. p. 8. et §. 9. p. 35, §. 10, SCHILTER c. d. §. VI.

(c) IACOB CAR. SPENER in primitiis obs. hist. feud. obs. II. §. 7. not. k, p. 114. sqq. FLEISCHER in institut. iur. feud. cap. V, §. 15. sqq.

(d) In iis Germaniae ditionibus, ad quas Franciaes consuetudo serpsit, non facile discrimen hodie reperitur inter feminas in capillis adhuc versantes, seu innuptas et nuptas, sed aliae atque aliae succedunt, nisi iis ius primogeniturae, siue privilegia, aut pacta plane vel aliquatenus aduersa sint. Testes habeo GERARDVM FELTMANN, FRID. a SANDE, RHETIVM, aliosque. RHETII verba l. c. sect. I. n. 54. ita se habent: et licet pedetentim quaedam alia iura consuetudine receperit et a veteri iure Francorum in quibusdam recesserit, in successibus tamen, et ubi immutatio, quae facti est, doceri non potest, pro antiquo iure, quo imbuta fuit, semper praesumitur et in dubio ad id recurritur. - n. 75. sqq. etiam si vero supra

generaliter assertum sit, ius Francorum in ducatu Cluuiac et adiacentibus terris sicuti in Belgicis provinciis successibus intuitu fuisse obseruatum et in dubio pro eo in eiusmodi causis praesumi; in feudis tamen quae a Cluueni curia conferuntur plerumque, si non semper, feuda a praedecessoribus in heredes feudales tam mares quam feminas translata, AEQVIS PARTIBVS DIVIDUNTUR; MAIOR INTER FILIOS TANTVM POTISSIMAM DOMVM cum appertinentibus, et si defunctus plures domos ritterstutze haberes, proxima post optimam secundo genito et sic deinceps relinquuntur, modo successibus capaces sunt, alias potissima ad secundo genitum, vel eo quoque incapaci, ad tertio genitum cet. pertinebit. Reliqua bona aequaliter inter eiusdem sexus diuisuntur. Si vero masculula proles non adesse, eadem succedenti ratio inter feminas successione, linea, gradu, proximas seruat, etiam cum praerogatiua habendarum principatum domum. In feudis Fuldenibus idem ius Francorum obtinet, quemadmodum multo cum documentorum adparatu docuit perspicacissimus ESTOR l. c. sect. I. §. 3. §. 6. §. 9. p. 36.

(e) lib. I. tit. 16, §. 3. lit. b, p. 6. in Variario illustrato.



TIVS (f). Audiamus etiam GERARDVM FELTMANNVM (g), qui sequentia verba facit: *vbi legibus, vel institutis mulieres ad feudorum successionem admittuntur, vti cautum legibus Transsylvanis - - et in cetero toto Belgio, nec non Cliuia, Iulia, Montana, atque Marcana prouincia, Raenburgensi comitatu, dioecesi Coloniensi, Monasteriensi, Corueiensi, Essendiensi, atque Osnabrugensi quoque constitutum moribus seruatur.* Huius igitur iuris Francici vigore, vtar verbis RHETHI (h), in feudis tam feminae, quam mares succedebant, sexus tamen et aetatis habita praerogatiua; et si vnus sexus plures liberi essent, non omnes aequaliter admittebantur, sed vt ad modum dictum praesertim inter nobiles locus esset primogeniturae. Et hinc quando de successione terrarum praesertim Belgicarum generali consuetudine feudorum, disquiritur, regulariter pro dicto iure Francorum praesumitur, nisi aliud pactis vel ex inuestiturarum conditionibus appareat. Quamuis autem Cliuensis, Marcana cet. fuerint Belgio accensitae, et postea Coloniensis archiepiscopatus, qui cum his eiusdem iuris fuit, Rhenano, illae vero Westphalico circulo in descriptione imperii Romano Germanici adscripti sint, consuetudinibus tamen regionum istarum, et iuri antiquo earundem, scilicet Francico, eo nihil decessit. Haec tenus Rhetius. Idem ius Francorum inter leges regni Neapolitani et Siculi a Friderico II. imperatore Romano-Germanico, constitutas (i) extat, vbi verba sequentis tenoris sunt: *sancimus, feuda tenenti filios et nepotes et ex eis pronepotes, trinepotes et vsque ad infinitum ex descendenti linea descendentes, cuiuscunque sexus sint, libere et absolute posse succedere, seruata tamen se-*

H 3

xus

(f) in commentario ad ius feudale, p. 112.

(g) de feudis, p. 6, et p. 6f.

(h) Cit. diff. sect. l. num. 28. fqq.

(i) lib. III, tit. 27. l. I. decis. de successioneibus comitum et baronum.





xus praerogatiua, ut mulieri masculus praefertur, nec non maioris aetatis inter eos, qui viuunt in regno specialiter iure Francorum, ex collateralis linea uenientes, ut fratres, siue ex utroque parente, siue ex altero tantum et sorores in capillo, excluso etiam communi patre superstite, omnino succedunt. Coniugatae autem et dotatae a fratrum successione repelluntur. Idem in Honorii IV. P. R. statuto pro regno Neapolitano a. CIOCLXXXV. sancitum est (k). Quando igitur feminae iure Francorum successione feodalis capaces sunt, sequitur, eas in iis terris, quae illo gaudent, a beneficiis censualibus arceri non posse.

### §. XVI.

#### FEVDA CENSVALIA ECCLESIASTICA FEMINEA PRAESVMENDA SVNT.

Feuda censualia sunt vel saecularia, vel ecclesiastica (§. II.). De illis antea actum est; nunc ad haec progrediendum erit. Quemadmodum moribus Germanorum feminae in allodiis auitis non prius succedere valuerunt, quam masculis extinctis, ita et eundem succedendi modum respectu feminarum partim illi, qui bona sua in feudum obtulerunt, creberrime sibi reseruarunt, partim domini superiores eundem tam communibus legibus, quam priuilegiis aliisque modis indulserunt. Ita se mores habere Francorum, diuersarum Germaniae ditionum, et ita se habere obseruantiam in plurimis feudis ecclesiasticis (1) censetur (m), etsi in clientelaribus litteris singulatim feminarum  
mentio

(k) SCHILTER c. dist. §. VII. VIII.

(1) De antiquitate feudorum ecclesiasticorum euoluenda sunt B.G. STRU-  
VII *elementa iuris feudalis*, cap. II. §.

19, p. 21. De MONTESQUIEU de  
*l'Esprit des loix*, T. II, cap. IX, lib.  
XXXI, p. 307.

(m) Id argumenti ex moribus,  
exemplis,



mentio facta non fuerit, dummodo illae de feudis solis masculinibus concessis non loquantur. Et quamvis non omnia episcopatum, vel abbatiarum feuda hodie sint feminea, sed varia et multa masculina deprehendantur (n); attamen si huius rei rationes accurate inuestigaturi sumus, docemur, iis praesertim dedisse causas partim privilegia (o), partim

exemplis, et singulatis causis Germaniae episcopatum et ecclesiarum multi doctores magni nominis cum insigni documentorum et testimoniorum adparatu tractarunt, et quidem e. g. vir omnibus laudibus efferendus IOANNES GEORGIUS ESTOR in *eximiiis analectis Fuldenibus* sect. I. §. IV-X, sect. II, obs. IX. sqq. WERNERVS THVMERNVTH I. c. vir aeternae memoriae, IVSTVS HENNING BOEHMER, in dissertatione de *feudis ecclesiasticis* et aliis scriptis, aliisq.

(n) IO. PAVLL KRESS in *dissertatione prooemiali ad Thummermuth* §. 63. sq. p. 21. sq. vir de quo ornatissimam sententiam dicere nunquam desinam, L. B. de SENCKENBERG I. c. P. II, cap. II. §. 297. p. 332. WOLFF I. c. cap. X. §. 25. p. 240.

(o) De abbacia Quedlinburgensi eiusque privilegio a Carolo IV. imperatore indulto testatur charta in *corpore iuris feudalis Senckenberg.* p. 87-87. Fridericus I. imperator quoque anno 1047. contemplatione monasterii S. Emerani sententiam tulit, ne feminae in feudis succedant, HVND in *Baierischen Stammbaum*, v. *Abendsberg.* Add. de LVDOLF in *observat. for.* p. 253. sqq. vol. I. In Treuirensi archiepiscopatu privilegia Caroli IV. anno 1356. aliisque datis sancitum est:

*quod omnia feuda tam simplicia, quam castrensia, omnibus viis, modis et conditionibus ad eisdem archiepiscopum, successores suos et ecclesiam libere devoluantur, quibus huiusmodi feuda ipsa decedentium vasallorum, quae ab ecclesia Treuirensi dependent, ad eorum prolem feminam nullo modo perveniant ipsaque proles in eisdem nulla ratione succedat, nisi de privilegio, ipsi ab archiepiscopo pro tempore rite concessa plene docuerit, talis videlicet, quod eidem prole femineae ad successionem huiusmodi legitime debeat suffragari, V. S. R. IOANNES NICOLAVS ab HONTHEIM in *historia diplom. Treuir.* T. II, p. 7. p. 168, LVNIG in *corp. iur. feud.* T. I. p. 386, de LYNKER in *anal. ad Seruuii synt. iur. feud.* p. 16. Verum enim vero haec privilegia non solum eruditis indicio sunt, feuda ecclesiastica ante illa feminea habita fuisse, quam alioquin illis opus non fuisset; KRESS in *disquisitione iuridica prooemiac:* *unter dem krummen stabe ist gut wohnen*, cap. II. §. 6\*3, BOEHMER c. d. cap. II. §. XI. p. 46, THVMERNVTH I. c. in *secundo fundam.* sect. II, num. 130, 131; sed cognoscitur etiam ex illis, Carolum IV. imperatorem dicta privilegia non secundum consuetudines singulares regionis v. c. Treuirensis Belgii (cuius clarissimi quondam vocabantur incolas Treniri, ab HONT-*



partim nimius iuris Langobardici amor (p), qui curias clientelares incesfit, quo clientes improvidi et negligentes nonnunquam adqueuerunt, alii vero iis conatibus contradixerunt, qui videlicet animo praesenserunt iacturam inde faciendam, hocque modo iura sua reseruarunt (q). Sed his praetermissis, doctores praeclara eruditione praediti de plurimis clientelis ecclesiasticis, ad quae feminis aditus

HONTHEIM T. I. in diss. praev. p. 5, p. 12.) ecclesiarumque dedisse, sed secundum obseruantias imperii communes, aut potius Longobardicas leges. Nam ipse in priuilegio ecclesiae Treuirensi anno ClCCCXLVI. indulto penes ab HONTHEIM T. II. p. 168. ita loquitur: *item iuxta communis obseruantias seu consuetudines imperii, super feodis hactenus communiter obseruatis, statuimus et ordinamus, ut omnia feoda - - tanquam dictae ecclesiae vacantia, dictus archiepiscopus suisque successores sibi et ipsi ecclesiae Treuirensi applicare pleno iure valeant, RECLAMATIONE SEV CONDITIONE FEMELLARVM - - QVALIBET NON OBSTANTE - -* Nam vero eiusmodi priuilegia impetrata in iuris et iuris vasallus ius quaesitum auferre poterunt, hancque ob causam valida censenda sunt, alia quaestio esset, quam THVMERMVTH I. c. num. 96. p. 29. num. 122. p. 31. et in secundo fundamento parium curiae, n. 7. sqq. p. 90. negando decidit. Interea multa exempla feudorum femineorum Treuirensium in promptu sunt, quorum pauca in medium proferre liceat. Sic anno ClCCCXVI. Balduinus, archiepiscopus Treuirensis Eberhardo, Breubergensi dynastae, eiusque heredibus, utriusque sexus, nexu

clientelari dimidium partem in Gaudern concessit, ab HONTHEIM I. c. T. II. num. 619. p. 96. LVNIG I. c. p. 1430. Porro, Ioannes, comes Saynensis castrum Vorburg et vallem Frenßberg ecclesiae Treuirensi anno ClCCCLXXVIII. oblatum, pro filiis et filiabus obtinuit, LVNIG I. c. p. 1449. Nec minus Gerhardus de Sinzig allodium suum Valender in feudum tradit eidem ecclesiae, ut sui heredes utriusque sexus succedant, et immunes sint a iure, quod vulgo *heergevvede* dicitur, de GVDENVVS in *codice dipl.* T. II. P. II. p. 938. Plura exempla exhibet IDEM p. 942. num. 13. sq. ab HONTHEIM I. c. T. I. p. 637. sqq. p. 717, p. 723. p. 802, 805, T. II. p. 619. num. 585. p. 114, n. 639. p. 354, 366. num. 791, p. 602. num. 928, B. KOPP in *lehre* proben P. II. p. 270.

(p) Sic v. c. IOANNES NICOLAUS HERT in *comm. de consuetud. legibus* §. XIV. ex CHRISTOPHORI BROWERII *annalibus Treuirensibus* docet, ante saeculum XIII. Langobardica de feudis iura penes Treuirenses in vsum haud fuisse.

(q) THVMERMVTH I. c. qu. I. num. 7, 8, p. 4. Hoc ex historia rei clientelaris Colonienfis infra describenda magis elucebit.



aditus patet, formant sequentem regulam: feuda ecclesiastica praesumenda sunt feminea, ideoque fundatam pariunt praesumptionem pro allegante, et probandi onus deuoluunt in negantem (r). His positis, concludunt: feminas in illis feudis ecclesiasticis, quibus neque per expressas litteras clientelares, neque per leges, vel mores arceantur, successionis capaces existimandas esse (s). Quod causas huius argumentationis attinet, variae suppeditantur; praecipuae vero erunt: I) Germanorum inueteratus succedendi modus allodialis, quo feminae certo respectu gauisae sunt; II) oblationes allodiorum ecclesiis factae et stipulationes in fauorem feminei sexus interpositae, in quas clerici, principatum et diuitias affectantes, facile consenserunt (t); III) necessitas, qua ecclesiae et monasteria diffidationibus et depredationibus tam a propriis uasallis, quam ab aliis in angustum adducta, nec non tempore belli ad seruitia praestanda obstricta fuere (u), ideoque illis uasallis opus fuit.

Addo

(r) Laudatus ESTOR in *analectis Fuldens.* sect. I. §. 10. not. (a) p. 36. sqq. BOEHMER in *iure eccles. protest.* lib. III, tit. XX. §. 26, §. 56, §. 69. et diff. de *feudis ecclesiasticis* cap. II. §. X. cap. IV. §. IV, SCHILTER ad rubr. *iuris feud. Alemannici* §. XV. p. 123. et ad cap. CIII. p. 319, THVMERMVTH l. c. HERMANN VULTEIVS in *consiliis Marburgensibus*, T. IV. *consil.* 37. num. 744, 794, 1077, KLOK in *relat. cam.* XXVI, num. 86, HERT de *feudis oblati* P. I. §. 6, in *parocmiis*, lib. II, *parocm.* XX.

(s) Haec propositio in archiepiscopatu Colonienfi anno CIOCLIX. transactione confirmata est, nec mi-

nus in Fuldensibus aliisque ecclesiis obtinet, BOEHMER in *iure eccles. protest.* lib. III, tit. 20, §. 62, p. 875. vol. II.

(t) ESTOR l. c. sect. I. §. VIII. not. (a), LEHMANN in *chronico Spirensi*, lib. II cap. XIX. et cap. XLIV. p. 164. BOEHMER de *feudis eccles.* cap. I. §. XIII. et XIV, cap. II. §. X. Chartam singularis momenti exhibet ab HONTHEIM l. c. T. I. p. 818, n. 562.

(u) ALTESERRA l. c. cap. IV, CHRISTIAN. FRANC. PAVLINI de *aduocatis monasticis*, §. XXV, p. 557. BOEHMER c. d. cap. I. §. XII. 1q.



Addo etiam illud, quod nobiles laicis crebrius stipendia facere maluerint, quam clericis, *partim* propter periculum maius, quod in clericorum clientes intendit, nec non ob frequentiora et molestiora seruitia, quae eam ob causam illi subire adacti fuere, cum tempora superiora frequentioribus bellis feruerent, et potentes saeculi ditionibus opibusque clericorum insidiarentur, siue bona potius a laicis blanditiis et inter spem et metum suspensis expressa (x) recuperare eniterentur; *partim* propter odium principum, nobiliumque laicorum superstitione non intactorum, quod tales vasallos persecuti sunt, siquidem laici existimabant, beneficiarios principum laicorum melioris conditionis esse vasallis clericorum, cum ad ordines sacros et ministeria ecclesiastica quosuis promiscue, siue seruos, libertos, siue ingenuos assumeret clerus (y); quin etiam ex vilissimis seruis episcopi summique pontifices fierent, qui antiquos nobiles deriderent, atque despicerent (z), nec minus ecclesiae et clericorum status admodum a saeculari militia abhorreret, clerici, milites saeculi esse desinentes (a), a classe vasallorum excluderentur, vasalli officium saeculare haberetur (b), clericos

(x) LEHMANN l. c. p. 78. sqq. cap. XLIII. p. 153, lib. IV. cap. III, p. 239. sq. DITMARVS MERSEBURG. in *chron.* lib. VIII p. 246. sqq. edit. Mader.

(y) Cap. XXXVII, X. de *praebendis*, ubi Gregorius IX. P. R. claris verbis dicit: non generis, sed virtutum nobilitatem, vitaeque honestatem, gratiam Deo facere et idoneum seruitorem cet. ibique BOEHMER in notis p. 446, et in *iura eccles. prot. hant.* lib. III. tit. 5. §. 27. celeb. IOANNES GEORG CRAMER in *commentariis de iuribus et praeroga-*

*tiis nobilitatis auitae*, cap. II. §. IX. p. 96. sq.

(z) THEGANVS de *gestis Ludouici Pii*, p. 74. edit. Schilter.

(a) II. F. 21, IVS FEVD. ALEM. cap. I. §. 3, celeb. G. LVD. BOEHMER in egregia dissertatione: de *iuribus ex parte militari Germ. pendentibus*, cap. I. §. 8. sqq. p. 18. sqq.

(b) CASPAR ZIEGLER de *episcopis* lib. IV, cap. 14, p. 93. sqq. BOEHMER in I. E. P. lib. III. tit. 20. §. 70, 71. p. 282. vol. II. Clericos oblationibus et decimis contentos esse oportere adhuc temporibus Henrici V. imp



clericos feuda concedere non posse, ergo nec vafallos (c) illis feruire debere censeretur. Itaque ob has aliasque causas (d), si aliquid coniecturis consequi licet, cum ecclesiae pedetentim praedia et feuda (e) acquirerent, plurima ad exemplum matrum indulgentium et misericordium, nec non ex aequitate (f), temperarunt rigorem iuris feudalis communis; et, vt eo magis clientes nanciscerentur, successiorem promiscuam vafallis suis indulserunt, vt et feminis feruitia militaria per procuratorem, siue prouafallos praestare, siue aere et censu compensare permiserunt. Haec igitur indulgentia, liberior nobilium conditio arrogata et concessa sub regimine episcopali et cleri, praesertim cum in morte veni, vt episcopi plerumque ex numero nobilium electi fuerint, hique illis studuerint, nec non illorum fortunis et libertati fauerint (g), vt alias causas (h) et artes hic praeteream; haec, dico, indulgentia accendit animos hominum sensim ac leniter, vt eo lubentius se in fidem et clientelam clericorum conferrent (i), et inde ortum tra-

I 2

here

V. imp. contendebatur, vid. DODE-CHINVS ad a. CLOCX, quamuis per multum ante illi feuda aliaque bona adquisiissent.

(c) l. F. 6. pr. BOEHMER in I. E. P. l. c. §. XI. p. 823.

(d) KRESS in disquisitione iuridica paroemiae: unter dem krummen stabe ist gut wohnen, cap. II. §. 6\*3, BOEHMER l. c. lib. III. tit. 20. §. 20, KNICHEN de vestit. pact. p. 383, num. 39. sqq. Inter alia argumenta clerici etiam quoddam ex literis sacris depromerunt et quidem ex epistola Pauli ad Romanos, cap. VIII, v. 17, secundum quod filias hereditate paterna arceret Dei voluntati aduersari adstruxerunt.

(e) ALTESERRA l. c. cap. IV.

(f) THVMERMVTH l. c. p. 115. n. 91, I. H. BOEHMER cit. dist. cap. IV. §. VI. p. 92, vir celebritate conspicuus, ESTOR in *analektis Fuldensis*: sect. I. §. X. not. (a) p. 16. sqq. IOANNES FICHARD *consil.* XVII. num. 7. p. 49. b. vol. I. IOANNES FERRARIUS in *collektanis in vsus feudorum*, cap. II. et cap. VIII.

(g) FLEISCHER in *der einleitung zum geistlichen recht*, lib. II, cap. XXVI. §. 15. p. 606. sq.

(h) Supra §. III.

(i) Vnde ecclesiis multos vafallos obtinere contigit, quamuis illae non semper multos subditos habebant.





here videtur paroemia: *unter dem krumstabe ist gut wohnen; it. mit dem b. Petro ist gut handeln.* Liceat hoc duobus tantum monumentis comprobare, nimirum litteris clientelariibus Mangoldi, episcopi Herbipolensis a. clcccxcix. datis, quae inter alia sequentia verba exhibent: *derowegen damit auch andere unserem stifte desto williger werden, haben wir die edle frau Elisabet, gedachtes von Dornberg tochter, so graf Friderichen von Ottingen gemahl und ihrer beider toechter mannen und ihrer erben solcher des herrn Wolframs dienst genießen lassen, und ihnen das schloß und die herrschaft zu Dornberg und die vogtei zu Onolzbach - - zu mannelehn gelihen, setzen auch hiermit ein und ordnen ihuen zu lehntrager den edlen herrn graf Ludwig zu Ottingen und Friderich seines sohns, frauwen Elisabet gemahl - - (k);* et epistola Caesarii Heiterbacensis, exabbatis Prumiensis, ad Fridericum, abbatem Prumiensem (1), anno 1222. data, quae praeter alia lectu digna sequentia verba prodit: *praeterea sciendum est, si aliquis ministerialis ecclesiae obierit, et non filium, sed filiam de familia ecclesiae superstitem reliquerit, quod D. abbas de BONA ET PIA CONSVETVDINE potest eam de feodo patris sui infeodare; et in omnibus propter Deum cum ea misericorditer debet agere, atque ei communiter subuenire.* Forfan St. Bonifacius, vir pietate insignis, artibus pacis magnus clarusque, auctor ac suafor huius artificii, quod iure Francorum postea suffultum fuit, ecclesiae Moguntinae et Fuldenfi (m) extitit, quod aliae ecclesiae eo facilius

(k) Vid. *thesaurus iuris feudalis* Jenich. vol. III. p. 936.

(1) S. R. ab HONTHEIM I. c. T. I. p. 668.

(m) Celebratissimus ESTOR in *kleinen schriften* vol. I. P. III. num.

2. §. I. p. 548. et in *analectis Fulden-  
sibus* sect. II. obf. IX. Fuldenfis enim  
ecclesiae conditor fuit Bonifacius, vid.  
St. WILLIBALDVS, lib. II. cap. 12.  
et 15. in CANISII T. IV. *antig. lect.*  
LEZNER lib. I. cap. XX. qui tam Co-  
loniensis



lius probare potuerunt, quo magis eius auctoritas tam in Francia, quam in Germania voluit, et persuasionibus blanditiisque polluit (n). Cum igitur feuda ecclesiastica ex dictis rationibus feminea et magis impropria, quam propria (o) praesumantur, sequitur, feuda censualia ecclesiastica pariter feminea existimanda esse.

§. XVII:

ECCLESIA ROMANA HABET FEVDA FEMINEA  
CENSVALIA.

Ecclesia Romana confert beneficia feminea censualia et multis abhinc saeculis contulit; sed opus non erit haec exemplis repetitis confirmare, cum ex antecedentibus nota sint (p).

§. XVIII.

FEVDA MOGVNTINA CENSVALIA FEMINEA  
PRAESVMVNTVR.

In terris Moguntinis feminas successione feodalis capaces esse praesumitur, quamuis beneficia *zu rechten mann-leben* data sint (q), idque firmatur I) per inductionem tot feudorum ecclesiasticorum Germaniae femineorum (r),

I 3

II)

loniensis, quam Moguntinus archiepiscopus ex constitutione regum Francorum a pontifice Romano ordinatus fuit, WINCKELMANN in *der Beschreibung der fürstenthümer Bessen und Hersfeld*, p. IV, cap. II, p. 406. illustrissimus comes de BUNAV T. II. *der Teutschen reichs-historie*, p. 249. Sequentibus temporibus nonnulli abbates Fuldensis instituti St. Bonifacii vrentes ad archiepiscopatum Moguntinum peruenerunt, SCHANNAT in *bist. Fuldensi* p. 4, 5.

(n) Vir immortalis nominis ESTOR, in *analektis Fuldensibus* sect. I. §. VIII, et sect. II, obs. VIII, IX, XVII. p. 31, sqq. p. 47.

(o) Vir aeternae memoriae BOEHMER cit. *diff. de feudis eccles.* cap. II, §. X. et cap. IV. §. IV.

(p) §. IV, V. sqq.

(q) BOEHMER in laudata dissertatione, cap. IV. §. IX. p. 98, ESTOR I. c. sect. I. §. III, IV, V.

(r) BOEHMER c. d. cap. IV. §. VIII.



II) argumentis a paroemia: *krumstab schleuß niemand aus*, ab oblatione (s), a vicinis episcopatibus et abbatiis (t), iure Francico (u) deductis, aliisque cauffis supra relatis, nec non III) ab exemplis probatis. Quod haec attinet, animum reuocemus et reflectamus ad ea, quae supra (x) in medium prolata sunt. Quibus addi possunt litterae clientelares Gerlaci, archiepiscopi Moguntini, Adolpho, comiti Nassouico, a. clocclvi. de castro Adolfs-Lik datae, vbi verba sequentis tenoris sunt: *zu rechten lehn empfangern und han wir ihn und seinen rechten erben, soehnen und toechtern - geliben* cet. (y). Eodem modo Wolfgangus, archiepiscopus Moguntinus, dynastas et comites imperii Ruthenos respectu feudorum in Thuringia sitorum, v. g. Krannichfeld cet. a. clocclxxxiii. inuestiens, sequentia verba facit: *für soehne und toechter - die von uns und unsern stifte Mainz zu rechten mannleben rühren* - (z). Feudum

(s) Vir insignis nominis ESTOR l. c. sect. l. §. VIII. et §. X.

(t) A vicinitate argumentum deducere et praesumptionem stabilire, iure penitus prohibitum non est, HERT in *respons.* CCLXXXVIII. num. 6. p. 503. et *resp.* CCCXXXVI. num. 13. vol. I. Constat autem feuda censerii feminea Coloniae, Westphalica, Metensia, Monasteriensia, Osnabrugensia, Leodiensia, Traiectina, Fuldensia, Corueiensia, Heruordiensia, Lotharingica, Brabantina, Geldrica, Belgica, Flandrica, Iuliacensia, Cluensis, Montana, Zathpanica, aliaque, quemadmodum enucleate monstratum est in *der Hessisch- und Hanauischen Gegenvorstellung über die Münzenbergische Reichslehen erstatteren fiscalischen bericht*, p. 110. nec non a viro eruditissimo

ESTORE l. c. sect. l. §. VII. not. b. p. 30. et §. X.

(u) Francoz ad Moenum sedes suas habuisse et Buchoniam inhabitasse, dilucide ostendit HERT in *notitia veteris Germaniae populorum*, parte III. cap. l. §. VII. vol. II. opusc. Tom. II. p. 68. et vir optimus et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus ESTOR l. c. sect. l. §. IX. p. 36.

(x) §. III. not. e. p. 9. §. VII. p. 27. sq.

(y) LVNIG in *corpore iuris feudalis*, T. I. p. 1394. HERT de *feudis oblatiis*, p. III. §. 3. p. 404. opusc. vol. I. T. II. FLEISCHER in *der einleitung zum geistlichen rechte* lib. II. cap. 26. p. 613. sqq.

(z) LVNIG l. c. p. 1399. de GV-DENVS in *codice dipl.* T. II. p. 1131. add. viri summe venerandi ESTORIS *analctsa Fuldensia*, sect. l. §. 5. p. 27



dum Heddernheimense per femineum sexum Praunheimen-  
fium ad nobiles de Riedt peruenisse, cognitum est, vt alia  
femineorum beneficiorum Moguntinorum exempla prae-  
termittam. Equidem me non fugit, esse eruditos, qui  
haec in dubium vocant. Testatur etiam FICHARDVS (a)  
de hoc sequenti modo: *dann ich etliche vnterschiedliche recht-  
liche proceß gesehen, so in dergleichen faellen gegen den ertz-  
bischof zu M. dem stifte S. Alban - - und dem stift Aschaf-  
fenburg geführt, darin solche gewonheit der lehen deß krommenz  
stabs auch angezogen und zeugen darüber geführt, aber zu  
recht nicht gnuglam bewiesen, vnd die sachen derwegen verloren  
worden.* Sed ex antecedentibus verbis ibidem patet, Fichar-  
dum ita locutum esse, quoniam ei neque lex feudalis, sine  
dubio Langobardica (b), neque alia cognita fuit. Verba  
enim eius sunt: *nun weyß ich mich wol zu erinnern, vnd  
hab es oftmals geboert, daß unterm adel gemeinlich davon ge-  
redt wird, wie sollen die lehen vom krommenstab deren na-  
tur vnd art seyn, daß sie auch auf die toechter, (so mann-  
liches stamms niemands vorhanden) fallen (c) - - - daß aber  
solches in den lehnrechten also gegründet - - das ist mir vn-  
bewußt, dann erstlich weiß ich keinen text in den lehen- noch  
andern rechten, daß solches also vermoege und bewere cet.*  
Interea ex his saltem apparet, clientes Moguntinos ea prae-  
sumtione

(a) vol. II. conf. 15. num. 6, p. 38. REFVTATOR Thummermuthii p. 107, KRESS in *dissertatione prooemia-  
li ad Thummermuth.* 6. 63. p. 15.

(b) Non miram est, Fichardum ita sensisse, si consideramus, eum vi-  
tam eo tempore degisse, quo instituta  
Germanorum quam maxime ignoraban-  
tur, eamque ob causam iuris pere-  
grini praescripta pro norma potissimum  
obseruabantur.

(c) Hoc cum certitudine quadam

asserit FICHARDVS in *consilio latino*  
XVII. num. 7. vol. I. p. 49. his ver-  
bis: *ecclesiastica feuda, et potissimum*  
*ea, quae a monasteriis et abbatibus con-*  
*ceduntur, ad feminas quoque et ex vi-*  
*timo defuncti va'salli heredibus feminis*  
*ortos cognatos deuolui, masculis deficien-*  
*tibus, etiamsi in inuestituris masculo-*  
*rum tantum feudorum mentio facta*  
*esset, nobilitates nobiles quasi pro regula*  
*et quadam (vt dicitur) Maxima com-*  
*muniter soleant asserere.*





sumptione eo tempore nixos fuisse et feminis successionem feudalem adscripsisse.

§. XIX.

FEYDA COLONIENSIA HABENTVR FEMINEA.

Dictis, clientelas videlicet Colonienſes femineas praeſumendas eſſe, varia quidem caeſarum priuilegia obſtare videntur. Etenim Albertus I. imperator a. clcccxcix. confirmauit ſententiam ab ordinibus imperii atque nobilibus in fauorem Wichboldi, archiepiſcopi Colonienſis inclinatis latam, *quod nimirum nulla filia, vel mulier poſſit in bonis feudalibus ſuccedere, niſi de plenaria voluntate domini feudi et conſenſu* (d). Eandem poſtea Carolus IV. imperator (e) anno clcccclxxii. Maximilianus II, Rudolphus II. et Leopoldus (f) priuilegiis comprobauerunt. Sed haec neque clientes Colonienſis eccleſiae, neque archiepraefules reſpexerunt. Hoc inde patet, cum Erneſtus, archiepiſcopus Colonienſis, declarauit: *wie es landkündig, daß alle des erztifts Coelln leben dieſer zeit PRO FEYDIS COMMVNIBVS zu halten, in quibus ſine vlllo ſexus diſcrimine ſucceſſio ad proximiores deſeriret werde* (g), eamque ob cauſam nobiles Colonienſes vtriuſque ſexus iure ſucceſſionis in feuda uſi ſunt; et beneficia promiſcua exiſtimauerunt. Sed poſtea archipraefules hanc rem in dubium vocare inceperunt, quo facto euenit, vt anno clccclxix. res ita tranſacta eſt: *daß diejenige leben, worin der tenor inueſtiturae mit klaren worten auf manneleben gerichtet, auch hiñſüro für rechte manneleben gehalten; wo aber die lehnbrife von beiderlei geſchlecht aus-*

(d) in *corp. iuris feudalís Senckenberg.* p. 577, 578.

(e) *ibid.* p. 584.

(f) vid. KRESS in *diſſ. parocem.* in adpendice et tractatus cui titulus

eſt: *Frumſtab ſchlenſt niemand aus, qui prodiit Coloniae* clccclxxxviii. fol.

(g) LVNIG T. I. *corp. iur. feud.* p. 1472, KRESS l. c. in adpendice,



ausdrücklich meldung thun, da solten die tochter zugelassen werden; wo her ohne meldung maennlichen oder weiblichen geschlechts bisher die leben getheilet worden, solten auch die weibspersonen zugelassen werden (h). Ex his vltimis verbis colligendum est, feuda Colonienſia ſub certis limitationibus adhuc eſſe feminea (i). Sunt etiam multa feuda Colonienſia oblata, in quibus feminis ſucceſſio competit. Sic v. g. Dietericus, comes de Wied, archiepiſcopo Colonienſi caſtrum hereditarium Holebüche in feudum anno clöcxc. ea conditione obtulit, vt idem omnes et vxor ſua iure feudali receptum poſſideant et omnes ſucceſſores hereditarii eiusdem comitis vtriusque ſexus firmiter tanquam allodium - - abſque omni munerum donatione et eo, quod vulgariſter HEERGEWEDE dicitur, recipiant. In Weſtphalia Colonienſi feminae pariter ſucceſſione in feuda nobilia gaudent (k).

§. XXI.

NVM FEUDA TREVIRESNSIA FEMINEA PRAESYMENDA SINT, DISCEPTATUR?

Feuda Trevirensia (l) in dubio aequae ac Colonienſia, aliaque eccleſiaſtica, nec non Belgica, feminea eſſe habenda, ab aliis negatur

(h) LVNIGI, c. p. 1480. Idem teſtatur IOANNES FICHARD in conſilio XVII. num. 7. p. 49. vol. I. his verbis: In dubio ſane abbatiae(G) talem eſſe conſuetudinem inde etiam praefumitur, quod non tantum in aliis pluribus abbatiiſ es praepoſituris ſub archiepiſcopatu Colonienſi ſitis, ſed in ipſo archiepiſcopatu ipſa feudorum ſucceſſio obſervatur, vt ſciſtice, quamvis inueſtiturae tantum maſculina feuda contineant, tamen deficientibus maſculis proximi heredes ſexus feminini prae aliis omnibus admittuntur et inueſtitantur: vt ante aliquot annos a praecipuis quibusdam et eruditis electo-ralibus conſultoribus Colonienſibus, cum ſpecificatione inſignium quorundam caſuum, ad me id requirentem perſcriptum

eſt. Aduocari quidem agentium nobilium rectius haec ſciuerint.

(i) HENRICVS a ROSENTHAL in conſilio feudali in cauſſa heredum Hürts contra Colla, in prima ratione decidendi, n. 1, HERT ſecis. 768. vol. II. Geldrica curia feudalis inueſtit feminas iure Colonienſi, teſte THVMERMVTHI. c. in fund. II. num. 95. p. 29.

(k) LVNIG l. c. p. 1477, KRESS in diſſertatione proemiali ad Thummermuſh. in adp. num. IX-XII.

(l) De origine feudorum et vaſallis Trevirenſium, vid. BROWER in annuſibus Trevirenſibus lib. XVII, XVIII, et XXIII, et HENRICVS IOSEPHVS MOEHN in diſſertatione de feudis eccleſiaſticis uſque Trevirenſibus, tit. I. §. 12. p. 6. ſqq. deſenſa Aug. Trev. 1750. fol.

K





gatur (m), ab aliis affirmatur. Horum argumenta nituntur: I) communibus praesumptionibus a pedo et paroemia: *krumstab schleuste niemand aus*, defunctis; II) oblatione, III) situ archiepiscopatus, et IIII) vicinitate regionum et circumiacentium terrarum moribus, quorum vigore successio feminarum feudalis obtinet. Quod situm attinet, cognitum est, Treuiros quondam Belgii incolas fuisse (n), penes quos feuda feminea sunt, quinimo iidem sub Francis fuerunt et Ripuariorum leges obseruarunt (o). A vicinis ditionibus, in quibus feuda secundum instituta Francorum, et aequitatem, quam praecipue clerici prae se laturos sunt, feminea sunt, si argumentari liceret, Treuirensia feoda pariter feminea habenda essent (p). Nam de Coloniensibus (q), Belgicis (r), Francicis (s) Cliuensibus (t) et aliis feudis hoc supra est monstratum. De Monasteriensibus (u), Leodiensibus (x), Lotharingicis (y), Osnabrugensibus (z), Metensibus (a), Traiectinis (b), Corueiensibus (c) fidem faciunt eruditi, leges, moresque. His addi possunt Curenfia (d), Heruordien-

fia,

(m) conf. V. S. R. ab HONTHEIM l. c. T. I. p. 637. T. II. p. 114, b. et alibi passim. Hic igitur successione feminarum in feudis Treuirensibus singulari gratiae adscribit. MOEHN c. d. tit. III. §. XI, p. 20.

(n) POMPONIVS MELA lib. III. c. II.

(o) Ab HONTHEIM l. c. T. I. in dissertatione praevia §. VIII. p. 5. §. XVIII. §. XIX, p. 12. sq.

(p) THVMERMVTH l. c. p. 26-28. aeternum huius almae decus ESTOR l. c. sect. I. §. 7. n. b, p. 30. et laudatus I. I. REINHARD in juristischen und historischen ausführungen. Repetas, quae supra §. XVI. p. 63, 64. dicta sunt de hac materia.

(q) §. XIX.

(r) §. XII.

(s) §. XV.

(t) §. XII. et XV. His adhuc illud adicere liceat, quod in feudis Cliuensibus et Marcanis personae ordini cuidam ecclesiastico addictae succedere queant,

dummodo prouassallum laicum constituant. LVNIG in corp. iuris feud. T. II. p. 1028. Porro feuda, *Sattelböden* dicta, in iis terris ad feminas transeunt, quamuis alioquin regulariter ad feminas non transferantur. vide supra §. XIII. not. (s), RHETIVS d. de feudis Clu. sect. I. num. 64.

(u) De LVDOLF in *Symphorem*. T. II. p. 87. sqq. LVNIG l. c. T. I. p. 779. num. 8.

(x) MEAN in *obseruationibus ad ius Leodiense*, obf. XVIII.

(y) THVMERMVTH l. c. p. 26, 28.

(z) B. BOEHMER c. d. cap. IV. §. 2. p. 97. SANDER l. c. aliiq.

(a) SCHILTER in *codice iuris feudalis Alemannici* p. 319, 322. sqq.

(b) BOEHMER l. c. THVMERMVTH l. c.

(c) THVMERMVTH l. c. p. 15. et p. 28.

(d) LVNIG in *specielegio ecclesi.* cont. III. p. 1046. §. zum eilften.



sia (e), Fuldensia (f), Hersfeldensia (g), Werdensia (h), aliaque (i). Ex his igitur, si praesumptionibus locus esset, argumentatio omnino fieri posset, feuda Treuirensia existimanda esse feminea, praesertim cum ius Langobardicum ab initio in Treuirensibus terris vsu non valuit (k), sed iure Francico et moribus patriis illae vsae sunt, adeoque secundum has ditionis et vicinitatis consuetudines adprobatas ex sanctione Friderici II. imperatoris anno MCCCXXXII. lata (l), feuda Treuirensia aestumari deberent. Verum enim vero, cum archipraesules Treuirenses ius Langobardicum introducere inceperunt, suisque conatibus per privilegia caesarea auctoritatem conciliarunt, res clientelaris Treuirensis transfigurata est, hancque ob causam curia feudalis Treuirensis hodie vitur regula: feuda indefinite concessa non amplius habentur feminina (m).

K 2

§. XXI.

(e) De LVDOLFI. c. p. 78, LVNIG in corp. iuris feud. T. I. p. 2026, 27, et 2031.

(f) Celebratissimus ESTOR in *antiquis Fuldensibus*, ibique laudati auctores.

(g) FICHARD vol. I. in *consilio* XVII. num. 7. p. 49, vol. II. *consil.* 15, num. 6. p. 38, VULTEIVS de *feudis* lib. I. cap. IX. num. 65. p. 350, B. BOEHMER c. d. p. 97.

(h) KRESS in *laudata disquisitione iuridica parociae*: unter dem frummen stabe ist gut wohnen, cap. III. §. VI\* 3.

(i) De Brementibus feudis ecclesiasticis enolendus est suspiciendus ESTOR l. c. sect. I. §. 10. p. 37.

(k) Conf. viri, qui inter clarissima nostri acui lumina est referendus. IOANNIS IACOBI MOSERI *staatsrecht des churfürstlichen erzbischofs Trier*, cap. XII. §. 32. p. 271.

(l) ab HONTHEIM l. c. T. I. p. 713. ubi verba sunt: *unusquisque principum liberatus, iurisdictionibus, comitatibus, comitibus sine liberis vel infidelibus viti-*

*tur quiete, secundum terrae suae consuetudinem approbatam.*

(m) De his laudatus MOSER l. c. §. 28. p. 268. ita differit: Die Chur Trierische lehen sollen nicht auf die töchter fallen, es könne dann jemand solche freiheit klar beweisen. Andere berichten: die lehngüter in dem erzbischof Trier seyn biß auf die zeiten kaiser Carls IV. erblich gewesen, dieser kaiser aber habe den erzbischof dahin privilegirt, daß er seine landsassen zu beobachtung des Longobardischen lehnrechts zwingen könne. Ob nun zwar diese sich solcher neuerung aus allen kräften widersetzet, so sey es doch *successive* dahin gedihen: 1) daß die landsassen ihre güter auf begehenden fall von einem zeitlichen erzbischof zu lehn nehmen müssen, 2) daß nur deren männliche leibeeerben, mit gänzlicher ausschließung der töchter in den lehngütern succediren, auch 3) diese nicht anders, als mit consens des lehnherrns alieniren können.





## §. XXII.

## CONCLUSIO.

Ex his dictis colligendum erit, vbi feuda ecclesiastica legibus, aut consuetudinibus feminea sunt, ibi censualia beneficia quoque feminea censenda esse. Quod si vero feoda antea masculina solummodo fuere, quamuis postea in censualia rite mutata fuerint, nihilofecius masculina manebunt, nisi litterae clientelares, aut pactiones aliud loquantur. Sed ea feuda, quorum possessores nunquam suadentibus certis circumstantiis, aut exigente necessitate publica, etiam pacis tempore, pensionibus et opibus succurrunt, aut succurrere debent domino superiori, censualia existimanda non sunt (n).

## §. XXIII.

PROPTER CENSVM FEVDALEM NON SOLVTVM  
VASALLVS FEVDO CENSVALI PRIVARI POTEST.

Censuale feudum dicitur, quod censui perpetuo obnoxium est (§. II, IV.). Censui partim vice seruitiorum, partim recognitionis gratia a vasallis feudorum censualium nomine est pendendus (§. II.). Sin autem pensio illa non soluitur, potius absque iustis causis illius praestatio data opera, aut culpa, iure notata, omittitur, siue denegatur, sequitur, hanc ob rationem vasallum feudo priuari posse. Sunt quidem, qui ob non solum censum feudum clienti adimi non posse opinantur, quamuis plurimis annis illius solutionem neglexerit (o), nisi iurato eum promiserit, siue expresse litteris clientelaribus id insertum sit, quoniam feuda censualia non solum impropria essent, verum etiam iure clientelari ea ademptio nullibi cauta esset; praeterea his addunt: triti iuris esse regulam, poenam priuationis non esse infligendam,

(n) §. IV. nota (u) p. 14, §. VIII. p. 34. §. XIII. p. 54. CARPZ. P. III, *consf.* 28. *Def.* 19. n. 15. et *Parte* III. dec. 263. num. 18. et 21.

(o) MAIER in *Syn. iuris feudalis* cap. XXVIII. p. 876, distinguit: pensio annua praestanda sit vice seruitiorum, an vero solum in recognitionem domini; priori casu feudum amitti arbitra-

tur; posteriori casu hac in re tale feudum cum emphyteusi convenire censet, adeoque et illud si pensio annua biennio vel triennio non fuerit soluta, amitti. Imo nulla, ait, est iustior causa alia feudum amittendi, quam si id, propter quod feudum datum fuit, vasallus praestare recuset.



gendam, nisi ubi lex expresse eam constituat (p). Verum enim vero mea sententia illa argumenta leuissimi, aut plane nullius momenti esse videntur, inprimis, si hanc doctrinam secundum instituta feudalia et contemplationem rei accurate examinare atque excutere volumus. Nam iure beneficiario sancitum est, clientem feudum, quoties officium suum dolo, culpaue lata negligit, aut aliquid contra officia et reuerentiam domino superiori debitam committit, cum contemptus domini feloniam habeatur, amittere (q). Cum igitur dominum non recognoscere, aut praestationem eius (r), propter quod feudum datum est, omittere, omnino in contumtionem et contumeliam tendat, sequitur, eam ob causam feudi priuationi locum esse. Eadem ex causa ille, qui in feudo Tecklenburgico successurus est, sed heerge-wettam intra annum et diem domino superiori ex contumacia vel alia causa non exhibet, bonorum suorum ius perdit (s). Nec leuiter quidem attingam, quod ob non solum canonem alia bona ecclesiastica et saecularia, sub minus pleno dominio concessa, reuocari queant (t). Ceterum nihil refert, legem expressam de

L

(p) HENRICVS a ROSENTHAL I. c. cap. X. *conclus.* 34. num. 10. sqq. T. II. p. 184. sqq. ibique allegati auctores; eiusdem ad stipulator esse videtur B. BOEHMER T. I. P. II. *resp.* 141. num. 17. 18. p. 582. IOANNES BALTHASAR L. B. de WERNHER in *selectis observationibus forensibus*, T. III. P. II. obf. 362. p. 253. sq.

(q) I. F. 22, II. F. 23. et 24, De LV-DOLF in *symphorem*, vol. II. *decis.* I. p. 36. et *decis.* 3. p. 131, ROSENTHAL I. c. cap. VI. *concl.* 56, cap. X. *concl.* 14. *concl.* 34. ANDREAS KOHL de *seruis feudalis*, P. VIII. num. 16. 33. sq. p. 274. sqq. STVUV in *synagm. iur. feud.* cap. XV. aph. IX, n. 2. HERT *respons.* 157. num. 7. p. 320. Sed B. BOEHMER T. I. P. II. *resp.* 139. num. 11. p. 578. et *resp.* 135. n. 5. 23. p. 569. *resp.* 141. n. 17. *resp.* 142. n. 7. putat,

hodie rarius ob feloniam priuationi locum esse, potius in eius locum substitui poenam pecuniariam. RICHTER P. III. *consil.* XI. num. 66. STRYCK in *examine iuris feud.* cap. XXIII. qu. 35. et cap. XXIV. qu. 10.

(r) II. F. 55. §. I.

(s) LVNIG in *corp. iuris feud.* P. III. p. 114. §. 10.

(t) L. II. C. de SS. *ecclesiis*, cap. fin. X. de *locat. conduz.* Germani non semper ad illud biennium et triennium iure Romano constitutum respexere, sed creberrime breuius vel nullum spatium censitis suis indusserunt, vti ex innumeris chartis et documentis patet, penes L. B. de GVDENVS in *codice diplom.* T. I. p. 108, 197, 530, 318, 801. et alibi passim, de BVRI I. c. p. 977, 986, 988, 996, 1034. LVNIG in *corp. iuris feud.* T. III. p. 683.



de priuatione beneficii censualis deficere. Hoc enim rem non perimit, cum multa iure scripto non sint cauta, quae bona argumentatione inde deducta haud minus vsurpantur, atque si iure expresse essent definita. Sufficit, antea dicta cum consuetudinibus Germananorum et analogia iuris clientelaris conuenire. **IVS ENIM ALEMANNICVM** (u) sequentia hac de re facit verba: *etwa setzt man den zins auf einen tag, ob man den zins an dem tag versetzt das daten guet zins vellig und verloren sey.* Nec singulari iureiurando opus erit, cum fides data vasalli et contractus feudalis sufficiat, quo hic illi, quod feudi nomine debetur, satisfacere adigitur (x). **V**isus etiam huius rei in pluribus saltem litteris clientelaribus, inprimis a clericis beneficiariis suis datis, occurrit (y). Hoc paucis tantum

683. num. 22-24. sqq. p. 1718. num. 51, 52. Ioannes, abbas et conuentus in Koenigsluttere comiti G. de Werniheroda allodium suum, Bouingherothi sub censi annuo XII. marcarum communis argenti in festo B. Martini concedunt et relinquunt, sub conditione, vt si comes eiusue heredes debitam pecuniam non soluerent, bona sine omni contradictione ecclesiae dictae libera relinquuntur, **RETHMEIER** in *chronico Brunsvic.* p. 482. Inde colligitur, vbi pacto priuatio praediorum ob non solum canonem die dicto, aut dato tempore stipulata est, ibi dominum facultatem habere, illo non allato, ea reuocare, *de LVDOLF* l. c. num. 3. p. 37. Vnde processus celerioris expeditionis, *aufholungsprozess* dictus, notus est, de quo vir aeternae memoriae **IOANNES ADAMVS KOPP** in libro saepius laudato, qui *Lehnproben* dicitur, T. I. P. VI. §. XI. p. 314. sqq. enucleate ac solertissime dixit, **L. B. de SENCKENBERG** in *anfangsgründen der Teutschen rechtsgelehrsamkeit*, §. XVII. p. 111. **STRVBEN** in *iure villicorum* cap. VIII. et in *accessibus ad ius villicorum* obs. XXV.

p. 73. In litteris colonariis abbatissae Lindauensis super vinea sita apud Eschach de anno **CIOCCCLXVII.** verba ita se habent: *concessimus annuatim pro vno fertune (h. e. Pierling) piper ponderis Lindauensis, interueniente tali conditione, si praedicti census superius dictum in festo Martini non persoluerint, ante dicta vinea vacabit ac cedere nobis debet sine omni contradictione praedictorum.* cet. **LVNIG** l. c. T. I. p. 204. num. 3. **BRVNNQVELL** de *scudo keminatae* §. 40. not. o. Saepius etiam census sub mora crescens, siue promobilis multa, *zinsfuß*, obstagium, excommunicatio, aliaque media cogendi sunt adiecta, de quibus alio loco acturus sum, **KOPP** l. c. p. 309, 312. **LVNIG** l. c. T. I. p. 1075. num. 70.

(u) cap. **CXXVII. edit. Berger.** p. 487, **IVS FEVDALE ALEMANNICVM** cap. **XXIX. §. 2.** **IVS FEVDALE ALEM. ex moribus Bavar.** cap. **XXVII.** p. 37. et p. 141. in *corp. iuris feud. Senckenborg.*

(x) ll. **F. 55. §. 1.** **VULTEIVS** de *feudis* lib. I. cap. XI. num. II. num. 201. p. 606. et p. 652.

(y) Vide exempla supra in medium prolata



tantum exemplis probabo. Litterae v. c. inuestiturae Iacobino de Bruxatis ab Azone, Estensi et Anconitano marchione, anno clocclii. datae (z), verba sequentia continent: *et si contra praedicta vel aliquod praedictorum fecero, ex nunc spontanea et libera voluntate me amissioni feudi subiicio, et iuri, quod in dicto feudo habeo, ex nunc renuncio, ita, quod dominus marchio auctoritate propria mihi illud auferre possit, et ipsius ingredi possessionem, non expectata parium curiae sententia.* Caualeacontes comes castri Britonarii inuestitus a Gualterio, archiepiscopo Rauennate, anno clocxxx praeter seruitia, in festiuitate Apollinaris octo Marabotinos dare pro pensione archiepiscopo promisit. Et si per biennium sua culpa steterit, quod pensionem non soluat, cadere debuit clientela (a). Patet quoque ex antecedentibus, varia regna quondam sub lege commissoria fuisse concessa (b), eamque ob causam Urbanus P. V. edixit Ioannam, Siciliae reginam, canonem recusantem, eo ipso a iure regni et terrae cecidisse (c). Eandem formulam litteris capituli Werlensis beneficiariis inferi solere fidem facit de LVDOLF (d). In ditionibus Moguntinis tam feuda, quam alia praedia aliis eodem modo concessa obueniunt (e). Sic ecclesia St. Stephani Moguntiae ea bona, quorum supra mentio facta est (f), Ludouico, posteaque Christophoro comiti Stollbergeni, pro dicto canone adiectis clausulis concessit: ut ille sub poena dupli post diem XIV. a festo S. Martini soluatur, aut anno praeterlapso feudum commissum censi ferri debeat (g). Idem fere liquet ex delineatione litterarum clientelarium

prolata §. VI. p. 20, 21. Vir admirabilis in dicendo, scribendo atque in omnibus artibus liberalibus versatissimus ESTOR in auserlesenen Fleinen (Christen T. I. p. 239. num. 8.

(z) MVRATORIVS de *alodis, vaf. fis* cer. in *thesauro iuris feudalis lenich.* T. III. p. 308. et p. 338, p. 339.

(a) MVRATORIVS l. c. in *thes. iur. feud. lenich.* vol. III. p. 338.

(b) §. VI. sqq. p. 21, 22.

(c) LVNIG in *eccles. Italiae diplom.* T. IV. p. 526.

(d) *Symphor.* vol. III. *decis.* III. p. 131. sqq.

(e) De GVDENVS l. c. vid. not. (t) anteced. h. §. p. 77.

(f) §. III. nota (e), p. 9. et §. VII. p. 27.

(g) LVNIG in *corp. iur. feud. T. I. p. 139* sq. Verba sic se habent: *welches geld (nimirum daplum XLIV. marcarum Colonienstum) wir alsdann mit gen aufneymen auf pension mit wochentlichen geld, und so viel gemelder herr graf Christoph -- auch dieselbe doppelt pension mit dem aufgelaufenen interesse sonder schaden in jaresfrist nicht bezalt, so sollen oberurte leben mit allen rechten und gerechtigkeiten uns, un-*   
 *serm*



telarium episcopi Eichstadiensis de feudo promiscuo anno clxxxvij datarum penes LVNIG (h). Ex his igitur apparet, causam priuationis et iustitiam friuolam, posita natura feudi censualis, ob non solutas pensiones, videri non debere. Quoties enim vasallus contra naturam feudi delinquit, siue sit committendo, siue sit omitendo, feudum amittit (i), nihilque refert, num vnus anni vel diei negligentia in praestatione canonis adsit, dummodo lex, siue pactio ita constituat (k). Quod si vero vasallus iustis ex causis a solutione cessasset, aliud erit dicendum, quin etiam, si dominus iuri suo eum in casum renunciare et ad residuum consequendum, quam ad priuationem agere, siue multa contentus esse, mallet, eius arbitrio et indulgentiae illud erit relinquendum. Sed pensio illa propter sterilitatem non remittitur (l), cum illa in feudis censualibus ad perceptionem et quantum fructuum eam relationem non habeat, prouti in conductionis contractu.

ferm stifte sonder einig widersprechen heimgesfallen seyn.

(h) c. l. p. 1617. num. VI. Verba huius tenoris sunt: darum dann auch sie und ihre erben uns jährlich und jedes jahrs besonders auf Michael des h. erzengels tag, an summa guten und lauters Korn- maas, samt - pfenning gemeiner wehrung auf unsere kosten zu - ohne allen kosten, schaden und abgang schütten und bezalen - da sie aber deren eines nicht halten, sondern dawider thäten, so sollen sie von ihrem erbrecht gefallen seyn. Secundum tenorem documenti, quod der alte amtsbrief dicitur, feudum Stockumenle concertis de anno CCCCXVII, canon

promissus intra biennium sub poena priuationis solui debet, *De LVDOLF* l. c. p. 86.

(i) ROSENTHAL l. c. cap. VI. conclus. 56, cap. X. concl. 14. in f. concl. 34. *de LVDOLF* l. c. decis. I. p. 36. et decis. 3. p. 131. vol. II.

(k) *De LVDOLF* l. c. dec. I. num. 3. p. 37. Nam quemadmodum dominus feudi post contractum clientelarem semel initum fidem de re in feudum danda, siue data semel interpositam, seruare tenetur; ita domini directi eodem iure merentur vasallos suos, arg. L. f. C. de oblig. et act. L. I. l. 7. §. 7. de pactis, c. 1. et c. 3. X. de pactis, ll. F. 7. in f.

(l) B. BOEHMER T. III. P. I. decis. 147. num. 13. p. 642.

## CORRIGENDA.

P. 5. lin. 9. lege: *ludicrae*, p. 7. nota (u) lin. 7. lege: schupf pro schuf. p. 52. in not. (s) col. 2. lin. 32. lege: *de qua*. p. 57. not. (o) lin. 8. lege pro atque: *neque*, p. 63. not. (o) ecl. 2. lin. pen. post verbum: *Treuirensis*, fiat incisio. p. 70. nota (r) lin. 18. lege: *fiscalischen*. p. 72. lin. 14. lege: *archiepiscopales*. lin. 23. in fine, lege: *se*. Reliqua B. L. emendabit.

uc












Kl 770

X 2344 864










31

IOANNIS ANDREAE HOFFMANNI  
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS ET PROFESSORIS P. O.  
NEC NON ADSESSORIS FACVLTTATIS IVRIDICAE  
COMMENTATIO

DE  
FEVDIS CENSVALIBVS  
PRAECIPVE  
QVATENVS EA FEMINEA  
PRAESVMENDA SINT.

ACCEDVNT  
QVAEDAM OBSERVATIONES  
DE  
CENSIBVS ET VARIIS MODIS  
EOS CONSTITVENDI

NEC NON  
DE  
PRAEDIIS CENSVALIBVS GERMANORVM  
EX MORIBVS ET LEGIBVS PATRIIS, CHARTIS,  
DIPLOMATIBVS, SCRIPTORIBVS FIDE DIGNIS  
ET SENTENTIIS ICTORVM ERVTAE AIQVE CONFIRMATAE.



MARBURGI  
SVMTIBVS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI  
MDCCLVII.